



**Repetitio et dilucidior explicatio consensus veteris
orthodoxae catholicaeque Christi ecclesiae in doctrina
prophetica et apostolica : de inconfusis proprietatibus
naturarum Christi Domini, in una indivisa persona
permanentibus adeoque, de veritate carnis Christi ad
dexteram Dei patris, in coelo sedentis et non ubique
praesentis**

<https://hdl.handle.net/1874/402389>

REPETITIO

ET DILVCIDI-
OR EXPLICATIO

CONSENSVS VETERIS OR-
THODOXAE CATHOLICAE

que Christi Ecclesiae in doctrina prophetica
& apostolica, de inconfusis proprietatibus
naturarum Christi Domini, in vna indiuisa
persona permanentibus adeoq; de veritate car-
nis Christi ad dexteram Dei patris, in caelo
sedentis, & non vbiq; praesentis, auctore

Henrycho Bullingero Tigurinae
Ecclesiae Ministro.

Altera parte libelli huius perstringitur vl-
timus ille Ioann. Brentij liber, inscriptus
RECOGNITIO.

I E S V S,

Hic est filius meus dilectus, in quo placata
est anima mea: ipsum audite. Matth. 17.

T I G V R I

Apud Christophorum Froschouerum Mense Au-
gusto, Anno M. D. LXIIII.

REVISED

THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

IN LIBRVM REPETITIONIS SVBSEQUENTEM A V T H O R I S P R A E F A T I O.



*V*ANQVAM varijs & copiosis
tam veterum quam neotericorum
piorū virorū lucubrationibus viri-
usq; naturæ in Christo Iesu domino
& servatore nostro, adeoq; & huma-
næ quidem carnis eius etiam in glo-
ria, in sua permanentis proprietate,

& ideo non vbiq; præsentis, negotium, omnibus seculis,
etiam nostro, per Dei gratiam, ecclesiæ Dei diligentissimè
& dilucidissimè sit expositum, facit tamen hodie quorun-
dam contentio fastuosa (quæ studio vincendi suæque semel
asserta defendendi, etiam simplicissima obscurat) ut mul-
ti viri boni, simplices maximè, in hac causa impingāt, of-
fendātur, ac affirmēt se amplius ignorare quid hac in cau-
sa simplex, vetus, apostolicum & orthodoxum sit, præfer-
tim cum partiū quelibet pro se scripta apostolica & ve-
teris ecclesiæ consensum producat in mediū, & suam sen-
tentiam verissimam atq; optimam esse asseueret.

Proinde in horum gratiam, & ad veritatis evangelicæ
defensionem errorisq; cū huius tū similitum hodie re-
pullulantium detectionem & confutationem, denique ad
gloriam vnici servatoris nostri domini Iesu Christi, vera
sua carne sedentis in cælo ad dexteram Dei patris, positis
contentionibus omnibus spinosisq; disputationibus præter-
ritis, simplicissima narratione exponam, quanam sit vera
sinceræq; prophetica, evangelica, & apostolica huius nego-
tij doctrina, & quam variè hæc per sex secula impetita &

P R A E F A T I O.

prauis & contentiosis hominibus, illibata tamen & nihilominus inuicta in ecclesia Dei perstiterit: & quicquam fuerit semper ac permaneat etiam hodie, simplex catholicus & rectissimus ecclesiae Dei hac in re consensus. Scripsi alias quoque eadem de re: summam verò iam doctrinae veritatis primam, deinde seriem & progressum cum errorum tum consensus ecclesiae Christi in doctrina hac apostolica & prophetica adumbrabo, repetendo breuiter clarissimam vetustatis acta historiasque & testimonia. Quo nomine libellum hunc nulla alia inscriptione insignire volui, quam Repetitionis, quem postremo Coronide claudio apologetica. Spero autem dispositionem libri planam & non incommodam, & testimoniorum diuinorum humanorumque, euidentiam & perspicuitatem, allatura lectori sedulo fructum quam vberimum, ut scilicet hac in causa animo conquiescat tranquillo, & porro ab vbiuitate corporis Christi ceterisque erroribus circa incarnationis dominicae mysterium introductis, (est enim nostrum seculum nimium ferax errorum) abhorrens, refugiat.

Breuitati verò in re tam copiosa & seria studui, quod libenter studiosis parco lectoribus ne nimis prolixum opus pertexendo, tempore, etiam alijs rebus necessarijs impendendo, defraudem, & molestiam ac laborem ipsis conduplicem, insuper & sumptus in libro vasto comparando adaugeam. Scripta sunt haec Mensibus, Maio, Iunio & Iulio, Anni Domini M. D. LXIIII.

PRIOR

PRIOR LIBEL.

LI P A R S.

*De mysterio incarnationis domini
nostri Iesu Christi, & duabus natu-
ris diuersis, in vna persona indiui-
sa permanentibus, & qua simplici-
tate tradiderint hæc Apostoli.*

C A P V T I.

MYSTERIVM incarnationis Summa to-
domini nostri Iesu Christi, indiui- tius myste-
sæq; & inconfusæ vnionis verbi rij.
æterni & carnis humanæ, vel as-
sumptionis humanæ naturæ creatæ, à diuina
increata, in vnâ personam, Apostoli Christi,
vt omnia sua, quam simplicissimè primū qui-
dem viua prædicatione, deinde verò & scri-
ptis ecclesiæ Dei tradiderunt, testificantes pla-
nissimè, verbum æternum, quod æternus Dei
filius est, vbi aduenisset plenitudo temporis,
carnem verè humanam, ipsum inquam ho-
minem verum, ex anima rationali & corpo-
re, partibus omnibus suis proprietatibusque
constante, in vtero virginis Mariæ, & quidem
ex virginis Dauidicæ substantia, assumpsisse
vel vniuisse sibi, adeoq; Deum hominem fa-
ctum esse. Sic enim beatus apostolus Ioannes

REPETITIO ET DILVCID.

Ioan. 1. manifestissimè legitur docuisse, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et verbū hoc caro factum est, & habitauit in nobis, vidimusq; gloriam eius quasi vnigeniti à patre. Apertissima sunt hæc omnia. Nā vnigenitus, inquit, filius Dei, verbum illud æternum est, de quo nunc fit sermo. Et quia à principio, id est, ab eterno apud Deum, nimirum patrem, est, verbum vtiq; Deus est, certè vnus cum patre substantiæ, cum quo ab eterno est. Et hoc verbum, (hic inquam Dei filius) caro factum est, homo vique verus factus est, quem apostoli in assumpta carne & viderunt & palpauerunt. Non enim rarum est in scripturis per carnem intelligere verum integrumq; hominem. Sed & alibi Ioānes in sua epistola, Quod erat ab initio, inquit, quod audiuius, & quod oculis nostris vidimus, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de sermone vitæ. Et vita manifestata est, & vidimus, & etiam testamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrē & manifestata est nobis. Et iterum idem ille, Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christū in carne venisse ex Deo est: & omnis spiritus qui non confitetur Chri-

2. Ioan. 1.

2. Ioan. 4.

Veniēdi & manifestandi verbo significatam incarnationem.

stum in carne venisse ex Deo non est. Vbi obseruamus apostolum per Veniendi verbum & Manifestandi explicasse incarnationis vnionisq; atq; adeo & totum redemptionis

ptionis nostrę mysterium. Quo loquutionis genere vsus est & Paulus dicens ad Timotheum, Deus manifestatus est in carne. Et idem alibi testatur Iesum Christum venisse in mundum. At cum audimus Deum in carne manifestatum aut Dei filium Iesum Christum venisse in carne, aut verbum factū esse carnem, intelligimus plane non mutatum Deum in carnem. Nam vt Deus mutari non potest: ita si caro naturam suam amitteret, & in Deum transiret Christus homo amplius non esset. Nunc autem prædicatur ab apostolis Christus Dominus & Deus verus, & homo verus.

Rectissimè quoq; tradunt sacrarum interpretes literarum substantiam vel naturam vnam duplici ratione fieri alteram. Principio quidem per mutationem aut conuersionem transicionemque vnius rei vel substantiæ naturæ in aliā, sic vt cedere hac, illa subeat in locū eius. Sic legimus aquā vinū esse factam. At ea ratione verbum nō est caro factū. Deinde verò alterum fit alterū per assumptionem siue accessionem alterius substantiæ ad alteram, ita vt ex vtraq; immutata (id est integra in suis proprietatibus permanente) existat vnum subiectum vel vna hypostasis. Sic homo legitur factus in animam viuentem. Accessit enim anima viuens, per inspirationem Dei ad corpus Adami, & factus est ex anima &

Quomodo
una natura
fiat altera.

Ioan. 2.

Gen. 2.

REPETITIO ET DILVCID.

corpore, saluis his inconfusisque duabus substantijs, homo vnus. Ad eundem verò modum interpretes sacri pio consensu omnes (nec excipio hic Cyrillum qui se abundè aliàs explicauit) verba apostoli, Verbum caro factum est exposuerunt, filius Dei æternus verum hominem in vtero virginis Mariæ matris suæ assumpsit. Quam interpretationem mox alijs scripturæ locis & illustrarunt & confirmarunt. Nam Paulus dixit, Non enim angelos assumit, sed semē Abrahæ assumit. Et iterum, Semetipsum inaniuit forma serui sumpta.

Hebr. 2. &
Philip. 2.

Prædicatione
apostolica de Christo.

Apostoli itaq; domini nostri Iesu Christi has duas naturas diuersas in Christo comparatas, coniunctas, sociatas vel vnitas, ita prædicauerunt ecclesiæ Dei per orbem terrarum, vt testificati sint planè, non duos esse Christos, sed vnum modo esse Christum, eundemq; verum Deum & hominem, incarnatū, passum, mortuum, sepultum, ex mortuis resuscitatū, assumptum in cælum, & sedentem ad dexteram patris, inde autem venturum ad iudicandum viuos & mortuos.

Prædicatione
prophetica
de Christo.

Isaïæ 7.

Nec ipsi soli sic prædicauerunt, & scriptis suis hanc nobis doctrinam tradiderunt, sed & prophætæ ante ipsos de Messia sic docuerunt, cum quibus apostoli per omnia consentiunt. Id quod vel ex paucis his licet colligere testimonijs apertissimis. Isaïas dixit, Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel

EXPLICAT. CONSEN. 5

Emanuel. Item, Puer natus est nobis, & filius
 datus est vobis. Et iterū, Ipse est Deus noster. *Isaia 9.*
 Et, Liuore eius sanati sumus. Micheas quoq; *Isaia 35.*
 dixit, Ex Bethlechem prodibit mihi, qui domi- *& 53.*
 nator sit in Israël: & exitus eius à seculo à die- *Michea 4.*
 bus æternitatis. Sed & Ieremias dixit, Sic di- *Ierem. 23.*
 xit Dominus, Ecce veniēt dies, vt excitem ger-
 mē iustum Dauidi, regnabitq; rex, & hoc est
 nomen quo vocabunt eum, Deus iustitia no-
 stra. Prædicauit etiam sapientiss. Daniel fili- *Daniel. 7. 9.*
 um hominis, qui occidendus sit à Iudæis, &
 eundem nihilominus affirmat dominum esse
 vniuersorum, cui subiecta sint omnia, & qui
 sit iudex ac super omnia benedictus Deus in
 secula. Quid verò planius pleniusq; adde &
 euidentius, de vtrāq; Christi natura in vna
 persona, fingi aut dici potuisset? Est autē ista
 simplex, vera, sincera, perpetua & certissima
 de Christo Iesu seruatore nostro, verò Deo &
 homine, prophetica, euangelica & apostolica
 doctrina.

*De vocabulis huic mysterio negotioq;
 necessarijs, Personæ, Naturæ, Pro-
 prietatis vel Conditionis ac simili-
 bus, & qualia sint & quod ex scri-
 pturis sanctis petita sint. CAP. II.*

Fatremur autem hic libēter vocabula Per- *Vfus voca-
 sonæ, Naturæ & Proprietatis vel Conditio bulorum le-
 gitimus.*

REPETITIO ET DILUCID.

nis aut Differentiæ, Inconfusi item, vnionis vel Coniunctionis, Indiuisi aut Inseparabilis denique Communicationis idiomatum vel proprietatû, expresse in sacris literis totidêq; verbis non reperiri. Atqui certissimum est viros bonos nihil de vocabulis cōtēdere, qualia qualia sint, Hebrea, Græca, vel Latina, vetera an noua, modo res ipsæ vocabulis designatæ in scripturis sanctis expressæ ponantur atque ex ijs deinceps illa euidenter & legitimè vel colligantur vel deducātur. Iam verò cum res ipsæ per iam commemorata vocabula significatæ, apertis scripturæ testimonijs in ecclesia doceātur, sed & pleraq; mox ab apostolorum temporibus vsurpata sint cū in Latina cū in Græca Christi ecclesia, fieri non potest, vt ab ijs abhorreere possit vir bonus, modo illis abutatur nemo, quin applicentur eo modo, quo sancta illa vetustas, consensu illo suo, & secundum scripturas sanctas, vsurpauit atque applicauit.

De uocabulo personæ.

Latini quidem ecclesiarum doctores vsi sunt vocabulæ Personæ, Græci verò voce *ὑπόστασις*, ac intellexerunt vnitatem illam, habentem in se compactam, vt sic dicam, vel compositā diuersas naturas: sicut homo dicitur Persona vel hypostasis, vna videlicet subsistens substantia, ex duabus diuersis naturis anima & corpore compacta. Sic Christus vna est persona, vnā scilicet subsistens substantia, ex duabus

bus diuersis naturis, Deo & Homine constās.
 Hanc indiuisam personam pulchre predica-
 runt prophetae & apostoli Christi, quando do-
 cuerunt Christum dominum sacerdotem &
 mediatorem esse, à patre nobis, non tam da-
 tum, quam iureiurando confirmatum, vt sit
 ille noster pontifex & mediator in sempiter-
 nū. Vnde sanè nullo colligitur negotio perso-
 nam Christi Dei & Hominis inseparabilem
 esse personam, quippe cum negata in Christo
 vel maiestate diuina, vel natura humana, Chri-
 stus neq; pontifex eternus, neq; mediator am-
 plius esse vel dici possit. Nā pōtifex & media-
 tor secundū scripturas non erit, nisi eundē vt
 Deum verum, ita & hominem verum confi- 1. Timot. 2.
 teamur. Hoc ipsum testificans Paulus apōsto-
 lus, Vnus, inquit, Deus, vnus etiam mediator
 Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui
 dedit semetipsum precium redemptionis pro
 omnibus. Et iterū, vnus dominus, vna fides, Ephes. 4.
 vnum baptisma, Vnus Deus & pater omniū.
 Ad hunc inquam modum prædicat nobis
 scriptura prophetica & apostolica vnū Chri-
 stum seruatorem, & vni tribuit quicquid tri-
 buit, nec nisi de vno indiuisoq; loquitur, vt ra-
 mē in eo nō cōfundat aut cōmisceat naturas.
 Et natura quidem, ait de moribus Manich. De uocabus
 lib. 2. ca. 1. beatus Augustinus, nihil aliud est, 10 Naturæ.
 quam id quod intelligitur in suo genere esse
 aliquid. Id quod nos iam vocamus essentiam

REPETITIO ET DILVCID.

vel substantiam: & veteres pro essentia & substantia naturam vocabant. Ergo naturas dixerunt orthodoxi Doctores, ipsas substantias in Christo subsistentes, & proprietatibus vel conditionibus suis discretas ac differentes, diuinitatem videlicet assumptam, & humanitatem assumptam. Græci vocarunt *ιδιόματα*, id est, proprietates. Nec desunt qui per proprietatem intelligunt veritatem, id inquam quod res sua natura reuera est. Sunt autem proprietates diuinæ naturæ, quæ insunt in eius essentia, & proprie ipsi conueniunt, ac tales omnino conditiones sunt, quibus illa differt ab humana natura, ut sunt esse æternum, increatum, immensum, nullo loco cõclusum, aut circumscriptum, sed esse vbique, omnipotentem, omniscium, immortalem. Et certè vbiq; esse, ita proprium diuinæ naturæ est, ut nulli prorsus creaturæ vel corporali vel spiritali commune sit. Rursus proprietates humanæ naturæ, quibus hæc à diuina differt, sunt esse creatum, finitum, vel loco circumscriptum, patibile, mortale & huius generis alia.

Proprietates diuinæ & humanæ naturæ.

Distinctio proprietatum humanæ naturæ.

Distinguunt autem eleganter rectè proprietates quæ inter ipsas humanæ naturæ proprietates vel conditiones. Etenim alię, inquiunt, ab ipsa statim origine & cõditione, substantiæ à Deo indicæ, humano insunt corpori, necessarioq; ipsam consequuntur substantiam, nec separantur ab ea, ut sunt omnes facultates animæ &

EXPLICAT. CONSEN. 7

& sensuum, ipsa magnitudo, corporis circumscriptio, statura suam habens mensuram, forma vel figura, membraque homini congruentia, ac ipsa quoque membrorum compositio, visibilis & palpabilis. Quæ quidem omnia ut Proprietates substantiales. ad corporis proprietatem veritatemque pertinent, ita si his corpus humanum exuatur aut destituatur, corpus humanum amplius dici non potest. Quale enim dixeris hominis esse corpus, quod non habeat suam circumscriptionem aut formam? Quæ verò erit distinctio, aut quis membrorum situs absque dimensione, & ut ita dicam localitate? Quomodo denique id quod corporalem dimensionem habet, tangi viderique nequit? Neque enim ad defectum vel vitium ista, sed ad corporis constitutionem integritatemque & conservationem pertinet: quæ & ipsa Adam protoplastus Dei, & primus omnium parens noster, priusquam in peccatum laberetur, habuit.

Sunt enim rursus aliæ conditiones infirmitatis, quæ & accidentales vel accidentariæ nuncupari possunt, quæ videlicet homini aut humanæ naturæ accesserunt post transgressionem, nec necessario substantiam consequuntur, sed à natura vel substantia, hac interim salva permanente, seiungi possunt: quales sunt quæ vitij aut culpe poenæ uero rationem habent. Cuiusmodi est propensio ad peccandum, & quæ cum hac coniuncta sunt alia, mors videli-

Proprietates accidentales

REPETITIO ET DILVCID.

cet, miseria, valetudo, morbi, fames, albor, æstus, sitis, somnus, vigilia & alia huius generis: qualis item in anima sollicitudo, cura, tristitia, timor, dolor, anxietas. Atq; ista omnia, excepto peccato, assumpsit Dei filius, dum incarnatus aut hominem assumpsisse dicitur. Neque enim auersatus est vllas etiã abiectionissimas corporis humani condiciones. Pœnam quidem nullam propter vllum peccatum commissum, sed propter nostra peccata, quæ in se suscepit, sustinuit. Quia omni vitio, vitio potius sanctus sanctorum, & ex Spiritu sancto conceptus, natusq; ex intemerata virgine, caruit.

Proprietates corporis Christi.

Testantur ergo scripta euangelica & apostolica corpus Christi assumptum à verbo, consistare tum carne, sanguine, ossibus nervisque & membris omnibus humanis, tum ipsa anima rationali creata, conceptum in utero virginis, & natum esse ex virgine matre vera, verum hominem, conuersatum in terris, & loco sic fuisse circumscriptum, vt cum hic vel hoc loco fuit, alibi non fuerit: ipsum verè vt hominem verum esuriisse, sitiuisse, dormiuisse, vigilasse, indoluisset, fleuisse, anxium & sollicitum, tristem ac hilarem fuisse, deniq; passum, crucifixum, mortuum, & sepultum esse. Iuxta quam proprietatem conditionem uero dixit se relinquere mundum, ascendere ad patrem in celum, & fideles non credere in ipsum, & doctrinam suam non esse suam. Rursus tamen ad ex-

primen-

primendam diuinæ naturæ proprietatē, ipsemet in Euāgelio dixit, Antequam Abraham Ioan. 8.
esset, ego sum. Si creditis in Deū, & in me cre- Ioan. 14.
dite. Ero vobiscum vsq; ad consummationem Matth. 19.
seculi. Et alia huius generis multa legūtur in
sancto euangelio, in eo maxime quod est secū-
dum Ioannem. An verò hæc non exprimunt
propriissimè conditiones in Christo differen-
tes, naturalesue eius, pprietates? vt nihil de suo
cōfinxerint, qui primi vocabulis illis sunt vsi.

Rursus sunt aliæ quoq; proprietates corpo- Proprieta-
tes corpo-
ris gloriose.
ribus collatæ à resurrectione ex mortuis, quæ
& dotes nuncupantur gloriosorum corporū,
corporibusq; ab accidentarijs vel infirmita-
tis conditionibus repurgatis conferuntur, ita
tamen vt substantiales illæ proprietates mi-
nime evertantur. De quibus dicemus paulo
post plura.

Illud tamen in præsentī non disimulan- Corpus do-
mini sum-
psit aliquā-
do sibi a-
ctiones alie-
nas.
dum videtur, in domini corpus, etiam ante re-
surrectionem & clarificationem incidisse, &
ipsum sibi sumpsisse interdum actiones alie-
nas alioqui à communi proprietate corpo-
ris humani, vtpote quæ præter & supra natu-
ram sunt, ab altiore nimirum causa dependen- Lucæ 4.
Ioan. 9. 10.
tes: vt quod Nazarethi & aliās per medium
suorum hostium vel lapidare vel præcipi- Matth. 14.
Matth. 4.
tem ex saxo dare volentium, iuit, & quod
ambulauit super aquas, quod in ediam per
quadraginta dies continuos sustinuit, & Matth. 17.

REPETITIO ET DILUCID.

quod coram oculis discipulorum suorum sese transformauit. Quæ tamen cum huiusmodi sint, vt Dominus eas habeat communes cum sanctis suis, proprietatem vtiq; humanæ naturæ, nec sustulerunt nec euerterunt.

De vocabulo vnionis, & hypostatica vnione, de communicatione idiomatum loquutionibusque huic mysterio congruentibus, & quales sint, & quod pulchrè cum scripturis congruant. CAP. III.

Vnio. **P**ORRÒ Vnionis vocabulum quo libenter vsus est Cyrillus, significat coherentiam vel connexionem duarum naturarum, vnam personam constituentium. Mixtionis vocabulo, quod non perinde omnibus approbatum est, vsus est Ireneus, & aliquo modo Vigilius, coniunctionis beatus Augustinus, societatis nonnulli veterum alij. Vt autem in vna Deitate tres dicuntur *ὑποστάσεις*, personæ inquam perse subsistentes, ita Grecis coniunctio diuinitatis & humanitatis in Christo nuncupatur vnio *ἡνωσις* personalis vel subsistentialis, ea videlicet quæ differentes licet essentias siue naturas, in vnam tamen & eandem cogitatque connectit hypostasim vel personam.

Vnio hypostatica.

Inconfusa vnio.

Sicut autem oportet inconfusas in Christo esse naturas, si modo verè sint quod dicuntur (quod

EXPLICAT. CONSEN. 9

(quod enim ex diuersis rebus conflatum vel confusum est, nomina ex quibus confusum est, non accipit. Potus enim aqua & melle decoctus, neque aquę neque mellis nomen proprie retinet, sed mulsę nomē accipit. Ac Christus dominus noster in scripturis apostolicis, & filius Dei & filius hominis dicitur. Quod dici & esse verē non posset, nisi dominus consisteret in naturis illis in sua vnione inuolatis) ita rursus non oportet post duarum in Christo naturarum coniunctionem, quę in incarnatione in vtero virginis facta est, diuisionem, sed differentiam duntaxat dicere. Differentia enim ratio est, qua inter se differunt subiecta. Diuisio autem totius est sectio, vel distractio, qua illa ab inuicem separatur. Proinde distinctio naturarum vel observatio differentię, aliud est quam diuisio vel distractio. Etenim constat vnio manetq; indiuisa, licet naturę vnitę distinctas vel differentes retineant suas proprietates. Vnio enim nō fit quo ad naturā, vel in natura, sed quo ad personam, in qua naturę coniunctę suas sibi communicant proprietates. Alioqui enim non vna tantum ex duabus naturis facta esset hypostasis, sed in vna persona ex duabus naturis vna duntaxat facta esset natura. Id quod Eutychianū & fidei orthodoxę contrarium est. Ex istis autem omnibus facilē intelligitur, vnde defluerint, & quo sensu vsurpata sint veteribus

Diuisio.

Differentia.

Vnio indiuisa.

Vnio in persona nō natura.

REPETITIO ET DILUCID.

vocabula Indiuisibilis, Inseparabilis, Inconfu-
si, Differentiæ, quæ utiq; fundamentum su-
um habent in scripturis sanctis.

Communi-
catio idio-
matum.

Propter hanc verò quā diximus vnionem
hypostaticam, hæ loquutiones existunt quas
vetustas dixit fieri per communicationem i-
diomatum. Damascenus *ἀντιστοιχίας ὁμοίων* vocat,
id est modum quendam mutuæ attributio-
nis. Ab eodē nominatur et *ἀντιστοιχίαν* allæosis al-
teratio vel mutatio, cum videlicet alteri natu-
ræ ea communicatur proprietas, quæ propria
est alterius. Congruunt hæ loquutiones in car-
nationis mysterio, nec potest hoc melius quā
per has exponi, adeoq; adumbrari quod in se-
ipso alioquin admirandum est. Ita dicimus

Deus natus
& mortuus.

Deus & natus est & crucifixus & mortuus.
Non quod Deus natura sua, quæ inconuer-
sibilis est, nascatur, crucifigatur, aut moriatur:
sed quod Christus qui in vna persona duas ha-
bet naturas, natus, crucifixus & mortuus sit,
pro ea natura, quæ nasci, pati & mori potuit.
Rursus ea quæ sunt propria diuinæ naturæ
tribuuntur personæ Christi. Nam filius homi-
nis in Euangelio dicitur ascendisse in cælum,
vbi fuerit prius: non quod filius hominis fue-
rit corpore suo in cælo priusquam assumpsis-
set corpus, & hoc eo ascendisset, sed quod Chri-
stus qui in vna persona duas habet naturas,
pro ea natura in cælo ante ascensionem fuit,
quæ ibidem imò ubique ante corporis ascen-
sionem

tionem esse potuit: quæ quidem diuina & nō humana erat.

Non est autem quod quisquā Idiomatum communicationem aut hanc interpretandi in scripturis loquutionum rationem, quam adduximus, ceu commentum repudiet humanum. Illa enim manifestè potest demonstrari in scriptis apostolicis. Dum enim sanctus Petrus dixit, Christū passum esse carne, quid obsecro dixit aliud, quam Christum qui est indiuisa persona, verum Deum & hominem, passum quidē esse, sed ea natura, qua pati potuit, nimirum secundū humanam, vel vt ipsemet ait, iuxta carnem vel carne. Rursus apostolus Paulus apertè dicit filiū Dei genitum esse ex semine Dauid. Vbi ilico subiicit, secundum carnem, nimirum pro ea natura, quæ nasci potuit, & non pro ea quæ innascibilis est, diuina. Vt tamen omnes intelligerent apostolum agnoscere eundem Christum verum esse Deum, subiicit, Qui declaratus fuit filius Dei in potentia secundum spiritum sanctificationis. Quibus omnibus accedit quod hanc interpretandi rationem discernendiq; naturas, subsistentes in vna indiuisa persona, ab ipso Christo domino didicimus, qui in Euangelio ad Phariseos dixisse legitur, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicentibusque Dauidis, regessit illis, quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens,

Communica-
tionem i-
diomatum
scripturis
esse traditā.

1. Pet. 4.

Rom. 7.

Matth. 22.

REPETITIO ET DILVCID.

Dixit dominus domino meo, sede ad dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Nō potest illa questio dissolui cōmodē, nisi interpretemur eundem Christum Deum esse verum, & hominē verum: & filium quidem Dauidis, secundum carnem, dominum autem Dauidis, pro ea natura qua Dei est filius. Constat interim vnum & eundem esse Christū, ac propter vnionem illam hypostaticam vtriq; communicare naturæ, quod alterius est, eundemq; esse & dici filium & dominum Dauidis.

Attributa
in Christo
triplicia.

Non pigebit in præsentī hoc quoq; commemorare, quod ad intellectum huius mysteriorij non parum cōducit, quodq; sacri interpretes, & alia ratione eadem tradentes, præclare monent. Quamuis duæ in Christo sint naturæ, idiomatica tamē ac attributa in Christo inueniri triplicia. Alia enim diuinæ, alia humanæ naturæ esse propria, alia non nisi personæ ex vtraq; vnitæ naturæ competere. Nam immortalitas vel æternitas ita proprium est, inquirunt, diuinæ naturæ, vt mortalitas humanæ: at redemptio & intercessio, quamuis vtriusque naturæ operationes sint, referri tamen debēt non seorsim ad hanc vel illam, sed ad totam personam compactam ex vtraque. Quod alij sic efferunt, non miscenda officij & naturæ propria. Officiū intelligunt seruare, redime-

redimere, intercedere : ac addunt vere & eleganter, Propter hæc officia vnionem naturarum esse factam, id est, Dei filiū incarnatum vel hominē factum esse, vt nos redimeret atq; seruaret, & pro nobis intercederet.

Rursus monemur ab ijsdem, non idem notare Deum & Hominem, Diuinitatem item & Humanitatem. Diuinitatem enim & humanitatem significare naturas per se consideratas. Deum autem & hominem esse subiectum in quo est diuinitas atq; humanitas, atque hæc duo vnam cōstituere personam, non autem vnam facere naturam. Proinde rectē dici Deus est homo. Quia Dei proprietates rectē, inquit, tribuitur personæ quæ homo est, non rectē autem dicitur, Deus est humanitas. Quia Deus inconuertibilis est, ideoq; hominem quidem assumpsit, in humanitatem autem non transiuit, vel mutatus est, vt diuinitas facta sit humanitas, ergo Deus natura sua non est humanitas. Sic item dici solet, Totus Christus personaliter, id est, in quantum personalis sua vnitatem duas naturas comprehendit, est vbiq; non autem totum Christi est vbiq; quæ. Propterea quod alia sit ratio naturarum, alia personæ, & totum ad naturarum refertur, totus vero ad hypostasim. Persona enim vna est indiuisa & inseparabilis : at naturæ in ipsa manent interim distinctæ inter se ac differentes.

Non idem
notat Deus
& diuinitas
homo
& humanitas.

Totus &
totum.

REPETITIO ET DILUCID.

Et hætenus differui obiter de vocabulis huic mysterio dilucidius explicando necessarijs, & ostēdi breuibus prophetarum & apostolorum scriptis, apertè res illas doceri, quæ vocabulis illis loquutionibusque exprimuntur vel significantur, ac idcirco à nemine pio iure posse repudiari.

Resurrectione Christi, hypostaticam vnionem non solui, sed ipsum domini corpus verum à verbo in utero matris assumptum, resurrexisse verè à mortuis, CAP. IIII.

Restat vt iam etiam commonstremus hypostaticam illam in Christo vnionem resurrectione Christi non esse solutam, sed veritatem carnis Christi, vel proprietatem humanæ naturæ, in resurgente domino, & post eius resurrectionem clarificationemq; permanere integram vel inuiolatam, simulq; explicemus quales condiciones corpus gloriosum vel recipiat aut requirat vel respuat, & quale corpus resurgens Christus obtineat.

Carnis veritas in resurrectione manet.

Et quidem constat vnionem illam hypostaticam in Christo, resurrectione eius ex mortuis nō esse abolitam, aut tantillum mutatam. Verè enim & catholicè dicitur, Deus hominem semel in incarnatione assumptum, nunquam dimisisse vel deposuisse. Ergo dominus noster

noster Iesus Christus Dei filius, corpus suum
 crucifixum & sepultum, illud ipsum inquam,
 quod à sua incarnatione habuit, tertia die ex
 mortuis excitauit, neque in resurrectione al-
 iud pro sepulto assumpsit, neque naturam ve-
 ri corporis expunxit, aut diuinitate sua absor-
 psit. Testantur hoc angeli singulari qua-
 dam diligentia, & mulieribus ad sepulchrum
 domini festinantibus, apertissimè dicūt, Quid
 oro viuētem quæritis inter mortuos? Scimus
 enim vos quærere Iesum Nazarenum crucifi-
 xum. Is verò non est hic. Surrexit. En ipsum
 locum inspicite, vbi posuerunt eum. Quin abi-
 te potius, & discipulis eius dicite, quod surre-
 xit, & præcedet nos in Galilæam. Ibi eum vi-
 debitis sicut dixit vobis. Vt verò multiplex
 est hoc angelorum testimonium, ita longè fir-
 missimum certissimumq̃, omnem ex animis
 dubitationem expungens, & veritatem pro-
 prietatemq̃ corpori dominico vendicans aut
 attribuēs, omnes circa hoc negotium errores
 excludit. Quærebant enim mulieres Iesum
 Christum Nazarenum, crucifixum. At hunc
 affirmant angeli resurrexisse. Ergo non aliud
 corpus, quam id quod crucifixum fuerat, re-
 surrexit. Id quod vel ex nomine intelligitur.
 Resurgit enim id quod cadit. Atqui verū do-
 mini corpus, nō verbi natura cecidit, id ipsum
 ergo corpus resurrexit. Quod sanè proprietatem
 corporis sic retinuit, vt & suum locum,

Lucæ 24.
 Marcæ 16.

REPETITIO ET DILVCIB.

Corpus
Christi re-
suscitatum
uerum & lo-
cabile est
corpus.

vbi & ibi, retinuerit, neque vbique fuerit. Di-
cunt enim angeli aperte, Nō est hic. Surrexit.
Inspicite locum in quem illum collocauerāt.
Quæ sanē iuxta diuinitatem minime possunt
intelligi, secundum quam nullo concludi-
tur loco, sed vbiq; est: ergo cum secundū cor-
poris veritatem vel proprietatē, iuxta quam
& in Galilæam discipulos præcessit, & ab
ijs ibidem est visus, intelligere illa oporteat, cō-
sequens est Christi corpus à mortuis excita-
tum, verum, humanum & locabile quidē cor-
pus manere.

Lucæ 24.

Eadem resurrectionis die variē ipse Domi-
nus veram veri corporis sui resurrectionem
discipulis suis approbavit, ac inter alia ipse
vnā cum duobus suis discipulis Emauntē
abeuntibus, profectus est, cum quibus inter
ambulandum legitur colloquutus familiari-
ter, diuertisse ex itinere in hospitium, cum eis
discubuisse, manibus panem accepisse & fre-
gisse, vnde ipsum agnouerint.

Corpus
Christi ex-
citatum nō
est spiritus.

Sub vespēram illius diei, ingreditur idem
Dominus, in cœtum discipulorum suorum,
cumq; illi suspicarentur se corā cernere
spiritū, excipit ille, Et quid talia cogitatis in
cordibus vestris? Quid verō aut cur turbami-
ni? En ego ipse sum. Contrectate me & videte.
Quoniam spiritus carnem & ossa non habet,
sicut videtis me habere. Simul autem manus
atque pedes proferēs, utiq; insignes stigma-
tibus

tibus, demonstrat hoc ipsum verum se in resurrectione corpus resumpisse & retinere, quod ante resurrectionem habuit, & quod in cruce pependit. Vnde hac demonstratione non tantum probauit se vero suo corpore resurrexisse, sed insuper corpus suum resuscitatum discreuit à spiritu & natura spiritus, tale sibi corpus à resurrectione attribuens, quod carne et ossa habeat, & tangi possit & videri, vtiq; & humanam substantiam suam & formam suam & locum suum habens, diuersa prorsus natura apparente in spiritibus.

Quo & illud pertinet, quod cibum ab eis petit, vt vel ita corporis rediniui veritatem, non discipulis suis tantum, sed vniuerso mundo approbaret. Quod & Sanctus Petrus singulariter, in celebri illo ad Cornelium & gentium primitias, habito sermone, adduxisse legitur in Acto. cap. 10. vt vel hoc argumento ceterorum omnium efficacissimo approbaret, Christum verò corpore suo à mortuis resurrexisse. Cum autem Thomas ei ceterui non interfuisset, in quo Dominus tam euidenter se suis exhibuerat, neque illa discipulis referentibus credidisset, quin potius obmurmurans ipsorum testimonio, dixisset, Nisi videro in manib. eius vestigium clauorum, & misero digitum meum in vestigium clauorū, miseroq; manum meam in latus eius, nō credam: adeit iterum post octo dies Dominus, & vocans Thomam

Acto. 12.

Thomæ exhibetur verum domini corpus.

Ioan. 20.

REPETITIO ET DILUCLIO.

ad se propius, exhibuit ei corpus suum & contemplandum & contrectandum, & dixit ad eum, Infer huc digitum tuum Thoma, & vide manus meas, & admoue manum tuam, & immitte in latus meum, & noli esse incredulus sed sis credulus. Quid his obsecro dici potuisset plenius, planius, certius & firmitus? En illud ipsum corpus, quod pepedit in cruce, vulneribus confossum, Thomæ & videndum, & tangendum, curiosiusq; pertrahendum exhibuit, resurrexit itaq; dominus illo ipso corpore suo, quod assumpsit ex utero virginis, atque ideo manet in ipso, non tantum inseparabilis unio illa hypostatica, sed & veritas corporis locabilis & tangibilis in Christo excitato à mortuis ostenditur adeoq; & contrectatur. Quinimo concludit in presenti Dominus, quidnam nobis de resurrectione sit credendum, quod & apostoli passim & inter præcipua inculcarunt omnibus ecclesijs, quam diligentissimè, ac ad Thomam confitentem iam quod Christus sit Dominus suus & Deus suus, dicit, quia vidisti me Thoma & credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt: testificans porro in eo futuram & fidei & beatitudinis veritatem certitudinemque si verè crediderimus Christum vero suo corpore propter peccata nostra crucifixum et mortuum, & à mortuis rursus in eodem vero suo corpore resurrexisse ad salutem nostram. Et hoc quidem fidei mysterium corporaliter nunc

Fidei veræ
veritas.

Roman. 4.
& 10.
2. Cor. 13.

nunc quidem exhibitum esse Thomæ, porrò autem non omnibus eo modo exhibendum fore, & tamen credi oportere. Proinde falsam fidem docent, quotquot veritatem rediuiui corporis luxant aut vertunt in dubium, excidunt præterea à vera beatitudine, qui non credunt Christum veram suam carnē, in sua proprietate manentem, in gloria sua retinere.

Plura huius generis testimonia de vera Christi resurrectione, in medium afferre possem ex literis apostolicis: sed sufficit illa attulisse ex euangelicis. Quibus hunc colophonem adiecit beatus Lucas in 1. cap. Acto. apostolorum, dicens, Dominus discipulis suis seipsum exhibuit viuētem (posteaquam supplicio fuisset affectus) idque compluribus ^(veteribus & nouis) argumentis vel indubitatis signis, per dies quadraginta apparens eis, ac loquens de regno Dei. Proinde hæc est fides vera & doctrina sincera & apostolica, quæ docet & credit Christum salua vnione hypostatica, in eadem carne resurrexisse, qua natus, passus, vel crucifixus & sepultus est, & quod caro eius vera manserit caro, carnis corporisue proprietates in semetipsa retinens.

Glorificatione corporis Christi, hypostaticam vnionem non solui, & ideo veritatem corporis resuscitati abolitam non esse: & clarificata corpora vera manere corpora. CAPVT V.

REPETITIO ET DILUCID.

Licet autem corpus Christi resuscitatū ex mortuis in scripturis sanctis & gloriosum & spirituale nuncupetur, credendum est tamen secundum easdem scripturas, hypostaticam naturarum in Christo vñionem per glorificationem corporis non discindi aut solui, sed inuiolatam semper manere, ideoq; Christum in gloria vt Deum verum ita hominem verum esse ac permanere, corporeum vñque, anima, carne, ossibusq; constantem, qui habeat omnia corporis humani membra, staturā & formam humanam. Nam manente substantia vel natura carnis veraq; corporis soliditate veritateq;, necesse est omnino & conditionem corporis licet subtilioris in membra & artus dislocati, ipsam q; adeo formam manere, ideoque corpus domini gloriosum nō esse infinitū, sed finitum ac circumscriptum. Ex diametro enim inter se pugnant, vere esse aliquid corpus, & idem ipsum interim finitum aut locabile non esse. Sed & esse vbiq; sic proprium esse diuinæ naturæ, antea diximus, vt nulli prorsus creaturæ vel corporali vel spiritali sit communis.

*Quid conserat corpori
hæc glorificatio.*

Ergo ne prorsus nihil, inquis, contulit corpori Christi resuscitatio & glorificatio? Cur itaque in scripturis resurrectio etiam regenerationis appellatur? Respondemus resurrectionem mortuorum nūcupari regenerationem, quod corpora ex mortuis resuscitata, à Deo velut in

in aliam & nouam vitā regenerentur, hoc est, innouentur augeanturque, posita infirmitate, gloria. Vbi gloriam dicimus humane Christi naturæ resuscitatæ non detrimentum attulisse, sed incrementum. Ideoq; Christum immortalem & gloriosum iam factum, nō aliam habere carnem, quam habuit mortalis & crucifixus, licet à resurrectione iam regenitam, id est gloria indutam exornatāq; agnoscamus, ideoq; nō animalem amplius sed spiritualem, seu gloriosam in scripturis sanctis non tā nuncupatā esse quā à Deo factā. Etenim aperte fatemur in Iesu Christo domino nostro naturę nostrę infirmitates omnes, quæ peccato exclusæ, assumptæ erant, gloria illa qua à morte indutus est, sublatas esse atq; ademptas. Ac carnem sanguinem ossa formam & locum habere, quæ neq; infirmitatis sunt, neq; seruilis conditionis, aut ignominie. Sed & homines sancti membra Christi, qui ad formam glorificationis corporis Christi, suis glorificabuntur corporibus in regeneratione illa, gloria induti, illi ipsi erunt substantia & natura homines qui antea fuerant, sed tamen corporibus antea quidem infirmis obnoxijsq; corruptioni, postea verò purgatis ab omni incorruptione, integris, immortalibus, & spiritualibus, non quidem exuta sua corporali natura substantiaq; & conuersa in spiritum, sed spiritui vitali obsequandantibus. Erunt sanè glorificati tan

REPETITIO ET DILVCID.

quam angeli Dei, in luce illa gloriæ, erunt interim tamen homines veri, veris, solidis, visibilibusque induti corporibus. Non enim homines conuertuntur in angelos, neque penitus exuentur carne vel corporibus suis, quibus differunt ab angelis, quando ab oneribus passionum aut affectionum afflictionumque liberantur, sed sicut apostolus ait, superinduitur, nimirum immortalitate & gloria, ut inquam non natura, sed mortalitas absorbeatur à vita. Quod autem superinduitur, non totum deperditur, sed manente eius natura incolumi, repurgatur ab ignominia & exornatur gloria.

Qualia sint
corpora
gloriosa.

Proinde vetustas sancta, sanctè & rectè doctrina institutaque; doctrina prophetica euangelica & apostolica, per gloriosa vel clarificata corpora, qualia nos habituri sumus in resurrectione vniuersali, & quale nunc in gloria habet dominus noster Iesus Christus, non huiusmodi intellexit corpora, quæ exuta positaque; veritate carnis, & omnibus proprietatibus humani corporis, cōuersa sint in spiritum, atque ideo inuisibilia & impassibilia & nullo loco finita sint, sed talia quæ veritatem carnis proprietatemque corporis humani retinent, visibilia, palpabiliaque & finita vel circumscripta, non ubique diffusa sunt, interim tamen & gloria cœlesti participant, ab omni corruptione, mortalitate & infirmitate purgata sunt, pura incorrupta

corrupta perpetua & potentia iam facta per Deum. Nam corpora gloriosa, non repurgantur ab ijs quibus veritas proprietatesque corporis subsistit, sed ab accidentarijs sine quibus subsistit. In locum autem eorum quæ à substantia decidunt, subeunt quas gloriosi corporis dotes nuncupant, substantiam humanam ornantes non expungentes. Inherent enim substantiæ purgatae à corruptione.

Hæc verò de clarificatis corporibus doctrina petita est, non ex ratione humana & philosophia prophana, sed ex doctrina apostolica, Paulo ad Philipp. ita dicente, Conuersatio nostra in cælis est, ex quo seruatorem expectamus, dominum Iesum Christum qui μετασχηματισίῳ transfigurabit vel transformabit corpus nostrum humile, ut ὁμοιωθῶν conforme reddat corpori τῆς δόξης αὐτοῦ gloriæ vel claritatis sue, pro efficacia, qua potest sibi etiam omnia subijcere. Habemus autem in hoc perspicuo & euidenti testimonio apostolico, non tam corporis gloriæ vel gloriosi, claritatis item vel clarificati vocabulum, quàm exactissimam quoque imaginem vel exemplar corporis clarificati, in quo perspicimus quale illud sit, ipsum videlicet corpus Christi, quod nunc agit in cælis: ad cuius modum formamque audimus omnia sanctorum clarificanda corpora fore conformandaque. Cum autem antea ex pluribus scripturæ locis & ijs quidem apertissimis in

Doctrina hæc petita est ex scriptura.

REPETITIO ET DILVCID.

tellegerimus corpus domini ex mortuis excitatum retinere carnis corporisue humanæ veritatem, dubium profecto non est, corpora quoque sanctorum resuscitata & clarificata veritatem carnis vel corporis humani non depositura, sed assumptura, positis omnibus inferioribus, gloriam, immortalitatem, statum quæ cœlestibus dignum corporibus.

Gloria
quid sit.

Exodi 34.
2. Cor. 3.

Daniel. 12.

Matth. 13.

Eadem enim scriptura gloriam vultus Mo-
sis appellauit vultum, nō dispunctum quidē,
sed eundem in substantia & figura manētem,
nunc verò radios de se fundentem. Vnde glo-
riosa corpora vera quidem sunt corpora, sed
per clarificationem deleta omni ignominia
facta iam illustria vel splendida. Quod & Da-
niel innuit cum dixit, Iusti fulgebunt instar
firmamenti rutilantis. Nam & dominus in
euangelio dixit, Tunc iusti fulgebunt, vt sol
in regno patris sui. Licet autem dominus le-
sus à resurrectione sua coram discipulis suis,
nullos de se gloriæ suæ radios fuderit, certissi-
mum est tamen cum discipulis suis in monte
ante resurrectionem, gloriæ suæ specimen ali-
quod exhibere vellet, fulsisse vultum eius so-
lis instar, & vestem eius niuis imò luminis in-
star splenduisse. Præterea opposuit apostolus
corpus humilitatis vel humile, corpori gloriæ
vel glorioso, ac manifestissimè dicit quod cor-
pus non aliud quidem, sed hoc ipsum quod cor-
pus nunc gerimus humile, ærumnosum vtiq; &
calami-

calamitosum, transfiguraturus sit dominus ad imaginem corporis sui gloriosi, quod grūnas deposuit omnes, gloriam verò assumpsit. Mutabitur ergo corpus clarificatum, nō quo ad substantiam & naturam carnis vel corporis humani, quæ semper manet, sed quo ad humilitatem vel miseriam, quo ad gloriam & in corruptibilitatem.

Idem apostolus ad Corinthios antithesi elegātissima plenius exponit statū, modum, rationem, vel dotes clarificatorum corporum. Corruptioni enim opponit incorruptionem, ignominia, vel obscuritati humilitatiue gloriam, infirmitati potentiam, corpori animali corpus spirituale, & terreno corpori corpus cœleste, nimirum cœlo congruum factum. Nam & animale corpus ipse mox Paulus, semetipsum explicans, vocat quod animatur ab anima viuēte, vel quod animali vita viuit: spirituale verò quod viuificatur regiturq; spiritu Dei viuificante, & vita non terrena, sed cœlesti viuit. Quinimo ne quis ex ijs quæ dixit colligeret corpora nostra conuertēda forē in merā spiritus substantiā, subiicit post ista oīa, Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem. En corruptibile ait corpus, & quidem (δεντικόν) hoc corruptibile, ait, quod scilicet nunc in hisce terris gerimus, hoc inquam ipsum corpus oportet induere incorruptibilitatem, vt scilicet fiat gloriosum. Sed & induere

Dotes gloriosi corporis.

Animale et spirituale.

Induere.

REPETITIO ET DILUCID.

re dicit, quod & ipsum emphasim habet. Nam manente eadem corporis substantia, vestem corpus deponit sordidam & induit vel sumit sibi aliam nempe splendidam, vt status corporis nō sit euersus, sed gloria & honore ornatus.

Caro & sanguis regnū
Dei non possidebūt

Idem apostolus ibidem iterum dicit, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: nō quidem quo ad naturam vel substantiam carnis, sed quo ad infirmitatem corruptionemq; & affectionem humanam. Nam sequitur protinus, Neque corruptio incorruptibilitatem hæreditate accipiet. Ergo non remanebit in carne resuscitata, amor carnalis, zelus, odium, dormiendi, edendi aut similium rerum cupiditas & affectio. Vnde rectissimè monent qui orthodoxe hoc tractauerunt negotium, maxime cauendum esse, ne vel spiritualia magis efficiamus corpora gloriosa, quam corporum admittit soliditas & veritas, ne vel sic carnalia statuamus, vt planè iam non spiritalia sed meri spiritus, aliaque esse in gloria videri possint.

Status gloriæ Christi
omniū excellentiss.

Dum verò constanter affirmamus ex doctrina apostolica, Christum dominum corpora nostra conformia redditurum corpori suo glorioso, ne calumniatoribus occasio offeratur, bene dicta peruertendi, agnoscimus interim statum gloriæ Christi, omnium esse excellentissimum, non tam quod vnione hypostatice verbum cum carne vnitum sit, quam quod

quod caro Christi & ut vniretur & ex hac vnione acceperit prerogatiuam omnium maximam, præ fratibus & consortibus suis. Nam caro Christi omnem carnem ita excellit, ut nulla quantumuis benedicta, in maiestate gloriæ cum ipsa possit conferri. Vnde recte veteres dixisse credimus, In quantitate magna potest inueniri differentia, & tanta, quantum differt sol à stellis, vel quantum potius dominus à seruis, & quod illuminatur ab eo quod illuminat. Suos tamen seruos etiam suis nominibus impertijt: & qui lux appellatur, sanctos quoque lucem vocauit, & qui sol iustitiæ nominatur, dicit de seruis, Tunc fulgebunt iusti sicut sol. In qualitate ergo non quantitate erunt sanctorum corpora, corpori domini cōformia.

Et hæc quidem hætenus diximus de corporum clarificatorum natura & proprietate, & quod per clarificationem corporis Christi hypostatica vnio non est soluta, naturaque humani corporis diluta vel deperdita. Manet enim perpetuo veritas corporis humani in Christo domino, neque clarificatione dispungitur.

Exaltatione Christi hypostaticam vnionem non esse discissam, ideoque naturam vel proprietatem corporis Christi à Christo non esse depositam, sed sedere illum in vera carne sua ad dexteram Dei patris.

REPETITIO ET DILUCID.

Duplex
Christi sta-
tus humili-
tatis & ex-
altationis.

Ador. 2.

Scriptura sancta quæ mysteria fidei nostre
Sillustrat & expedite effert, non obscurat &
implicate loquitur, distincte differens de Chri-
sto domino nostro, duplicem nobis eius sta-
tum ostēdit, alterum quidem humilitatis seu
infirmittatis, alterū verò exaltationis seu glo-
riæ. Humilitatis eius statum terminat incar-
natione & morte, exaltationis verò resurre-
ctione & assumptione in cœlos, perpetuæque
gloria. Non commiscet hæc inter sese, ut mo-
ris est quibusdam flexiloquis, & sub obscura
harum rerū tractatione errores in ecclesiam
inferre conantibus, atq; dicētib; Christum
dominum mox ab ipsa incarnatione glori-
ficatum esse, & in omnē elatum maiestatem.
Atqui non ita loquitur scriptura sancta, quæ
in euangelio Ioan. apertè testatur Christū an-
te assumptionem, nondum fuisse glorificatū.
Sed & apostoli Christi, statum Christi utrūq;
pulcherrimè discernentes, confusionem istorū
validè excludunt. Nam S. Petrus in cele-
bri illo sermone suo, quem habuit in die pen-
tecostes, Hierosolymis, in frequentiss. populi
Dei cœtu, postquam dixisset Christum mor-
tuum & ex mortuis resuscitatum & assump-
tum in cœlum, Dexterâ igitur Dei, inquit,
exaltatus, & promissione spiritus sancti acce-
pta à patre, effudit quod nunc videris & au-
ditis. Quo testimonio statū exaltationis Chri-
sto attribuit à resurrectione & ab assumptione

ne in cœlos. Sicuti & Paulus fecit qui ad Philipp. hac de re omnium significantissimè lo- Philipp. 2.
quutus dixit, Christus ille verus Deus & Homo, humiliavit semetipsum, factus obediens
vsque ad mortem, mortem autè crucis. Quapropter & Deus illū in summā extulit sublimitatem, & donauit illi nomen, quod est supra omne nomen, &c. Præit apertè in his humilitatio, sequitur autem suo tempore gloria & exaltatio.

Interim non diffitemur Christum à patre Glorificatus etiam
Christus in
humilitate
quomodo?
etiam glorificatum legi in euangelio secundū Ioannem, & quidem ante resurrectionem & assumptionem, sed opere & doctrina signisq; vel prodigijs, & his pariter omnibus etiam patrem esse glorificatum, domino in euangelio apertè dicente, Hæc Lazari infirmitas, non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius per eam. Fatemur item in ipsa incarnatione & vnione quidem duarum naturarum in vtero virginis Mariæ, Christum verum & perfectum Deum esse, habereq; diuinitatis omnem gloriam, sed ideo naturas non esse cōfusas, & aliam in aliam mutatam, & proinde statum humilitatis cum statu exaltationis non esse confusum. Oportet enim hæc inter se distincta retinere. Nam humilitatem, exinationem, & infirmitatem, mortem denique fert incarnatio, at exaltatio vel glorificatio nō fert vllō modo vllam infirmitatem, sed ablata

Ioan. 17.

REPETITIO ET DILVCID.

Exaltatio,
Glorifica-
tio.

omni infirmitate mortalitateque reponit om-
nem gloriā et immortalitatem. Nam exal-
tatio vel glorificatio illa propriè est ac dicitur,
qua depositis omnibus infirmitatibus caro
Christi excitata à mortuis, & assumpta in cœ-
los, iam nō amplius moritur aut infirmatur,
sed perpetua gloria in cœlis iam fruitur, exal-
tataque est supra omnes virtutes & potest-
tates.

Exaltatio
competit
carni.

Vt autem infirmitas & humilitas, ita glo-
ria & exaltatio quoque, licet totius sit Christi,
propriè tamen nō tribuitur, nisi carni assum-
ptæ. Neque enim Deus, sed homo est exal-
tatus, vt & Cyrillus affirmat lib. Thesauri 8.
cap. 1.) & gloria non diuinæ, sed humanæ ac-
cessit naturæ. Etenim apud Ioānem dicit ipse
Dominus, Et nunc glorifica tu me pater, glo-
ria, quam habui apud te, priusquā hic mūdus
esset apd' te. Vnde cōstat Dei filiū ab initio ha-
bere nomen Dei gloriosum, quod est super om-
nia. At per incarnationem & crucem igno-
miniosam visa est diuina in Christo gloria (li-
cet natura sua obscurari nequeat) non nihil
esse obscurata, proinde excitato ipso ex mor-
tuis, & exaltato in cœlū, & collocato ad dex-
teram patris, clarificauit ipsum pater, deditq;
nomen quod est supra omne nomen, atq; ita
palām declarauit, hunc Christum non modo
hominem esse verum, sed & Deum verum,
eiusdem ab æterno cum patre gloriæ & maiestatis

Ioan. 17.

statis. Quapropter & S. Petrus post expositionem Christi domini ex mortuis excitationem & assumptionem in cœlos, colligit & dicit, Certò ergo sciat tota domus Israel quod dominum & Christum fecerit Deus hunc Iesum quem vos crucifixistis. De his ad eundem modum differuit & Cyrillus lib. de recta fide ad Reginas.

Act. 2.

Et scriptura quidem quam diligentissime & significantissime ostendit veram Christi carnem ex virgine Maria assumptam in ipsa ascensione & exaltatione, suam in Christo retinere naturam, neque per exaltationem esse absorptam aut disunctam. Huc enim pertinet accurata descriptio corporalis ascensionis Christi in cœlum, & sessionis ad dexteram Dei patris, in scriptis euangelicis, & apostolicis ad hunc modum tradita, Et factum est dum benediceret eis, quod sublatis manibus recederet ab eis: & videntibus eis, in altum sublatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum: & ferebatur, & susceptus est in cœlum, & sedet à dexteris Dei. Quæ quidem omnia & singula veri locabilisque corporis modum veritatemque indicant: sicuti contra Brentium copiosius ostendi.

Caro Christi retinet in ascensione suam proprietatem.

Luce 24.
Marci 16.
Act. 1.

Accedit his testimonium angelorum. Cum enim discipuli essent defixis in cœlum oculis, eunte illo, ecce viri duo astiterunt illis, in vestibus albis qui & dixerunt eis, Viri Galilæi, quid sta

REPETITIO ET DILUCID.

tis, intuentes in cœlum : hîc Iesus qui à vobis assumptus est in cœlum, sic veniet, sicut vidistis eum euntem in cœlum. Quæ angelorum veracissima verba iterum testantur hypostaticā vnionem manere in Christo exaltato inuiolatam, Christumque exaltatum & sedentem in dextera patris, vere humanam & circumscriptam, licet gloriosam retinere carnē.

Veritas carnis non desit in Christo cum nobis susceperit eum ab oculis discipulorum.

Falluntur enim turpiter, & scripturæ euangelicæ & apostolicæ contradicūt, quibus persuasum est corporis Christi veritatem ad nos usque nobis demonstrari, postea verò neque maiestatem Christi neque sessionem eius ad dexteram patris admittere, vt dicamus corpus Christi in gloria suam habere veritatem symmetriamque, & reliqua quæ in corporibus gloriosis antea inueniri ostēdimus. Nam scriptura apostolica quæ mysterium vnionis hypostaticæ religiosissimè custodit, manifestissimè quoque ostendit, Christum in cœlis ad dexteram Dei in propria sua carne sedere, & in eadem venturum iudicare viuos & mortuos. Nam S. Petrus de Christo iam in cœlis regnante loquens, Oportet Christum, ait, (ἀπορροφῆσαι τὸν οὐρανόν) cœlum recipere, vel cœlo contineri usque ad tempora restitutionis omnium. Quod autē cœlo continetur, locabile sit oportet. Nec dubium est, quin ex his apostoli verbis sentētiā illam suam mutuatus sit beatus Augustinus, dicēs, Corpus domini, in quo resurrexit,

Act. 3.

surrexit, vno loco esse oportet: veritas autem
 eius vbique est diffusa. Ipse denique dominus
 noster in euangelio dixit, *A modo videbitis fi-* *Matth. 26.*
 lium hominis sedentem à dextris virtutis, &
 venientem in nubibus cœli. Et iterum, *Et vi-* *Matth. 24.*
 debunt filium hominis venientem in nubi-
 bus cœli, cum virtute & gloria multa. Item, *Vi-* *Ioan. 19.*
 debunt in quem pupugerunt. Denique, *Ecce* *Apocal. 1.*
venit in nubibus, & videbit eum omnis ocu-
lus, & qui eum compunxerunt. Et rursus, *Si-* *Ioan. 5.*
cut pater habet vitam in semetipso, sic dedit
& filio vitam habere in semetipso, & potesta-
tem dedit ei iudicandi quoque, quia filius il- *Daniel 7.*
le (nimirum de quo Daniel dixit) hominis est.
 Proinde iudicabit Christus viuos & mortu-
 os, vt filius hominis, & veniet in iudicium, vt
 filius hominis, & vt videri possit ab omnibus.
 Ac filium hominis esse, quid aliud est, quam
 formam symmetriamq; habere humani cor-
 poris, & quidem veram & visibilem? Quia vi-
 debitur ille, qui est in cruce vulneratus. Quod
 si veniet filius hominis corpore illo suo con-
 spicius, in quo fuit vulneratus, & in quo i-
 psum videbunt impii, qui ipsum vulneraue-
 runt, quomodo dicemus, illū in maiestate sua
 (præsertim cum iterum in scripturis legatur
 ipsum venturum in gloria & maiestate sua,
 cum veniet ad iudicium) non retinere corpus
 suum verum, visibile circumscriptum & defi-
 nitum? Huc facit quod apostolus ad *Thessal. 4.*

REPETITIO ET DILVCID.

manifestissimè scriptum reliquit, Dominus ipse (nimirum ea hominis forma, qua visus est ire in cœlum, sicut testati sunt in ascensione eius angeli) descendet cum angelis suis, & tuba Dei, in nubes & in iudicium, è cœlo, & resurgent primum mortui, deinde nos qui uiuimus in die illo & immutabimur, simul cum resuscitatis rapiemur in nubibus in occursum domini in aëra, & sic semper cum domino erimus. Quod autem descendentem venientique in nubes, rapitur sursum in occursum, certè & ipsum quod occurrit, & hoc cui occurritur locatum circumscriptumque sit oportet. Id quod alibi quoque copiosius ostendi. Breuia sunt ista quidem, sed ita euidentia ut qui porrò pergat negare Christum exaltatum in carne vera, visibili ac circumscripta, sedere ad dexteram patris, & cum venturus est iudicare viuos & mortuos in eadem circumscripta vera visibilique carne apparere, solem neget lucere etiã in meridie, cum clarissimos de se fundit radios.

Est autem hæc quam per compendium ex scripturis sanctis commemorauimus doctrina illa vera, simplex, sincera, sempiterna & immutabilis, sanctorum prophetarum & apostolorum, de incôfuis proprietatibus naturarum Christi domini in vna indiuisa persona permanentibus, adeoque de veritate carnis Christi ad dexter-

dexteram Dei patris, in cœlo sedentis, & non
ubique præsentis.

*Quã variè et impiè à multis mox
ab apostolorum temporibus aposto-
lica illa doctrina de Christo vero
Deo & homine in carne sua vera
sedente ad dexteram patris oppu-
gnata sit. CAP. VII.*

Hanc doctrinam synceram inuiolatamq; Consensus
catholicæ
ecclesiæ.
consensu vnanimi & catholico conserua-
uit verus sanctaque illa & orthodoxa Christi,
ab ipsis apostolorum temporib. ecclesia, per
integra sæcula sex & multo plura, imò ad no-
stra vsque tempora. Seculum voco, tempus
centum annorum. Variè quidem & impiè sa-
lutaris illa de Christo doctrina, inde mox ab
apostolorum temporibus certaminibus, con-
tinuis & agitata & impetita est ab hæreticis,
sed semper per Dei gratiã incolumis in eccle-
sia Dei conseruata, deuictis gladio verbi Dei,
& fide hætenus exposita, omnibus aduer-
sarijs.

Et quidem consensum vetustatis tanti non Quantum
tribuēdum
cōsensui ec-
clesiæ veteris.
facerem, nisi consensisset illa in verbo Dei,
neque fidem veteris ecclesiæ tanti reputa-
rem, nisi fundata esset in fide apostolica,
vel verbo Dei, iuxta illud apostoli, Fides ex

REPETITIO ET DILVOCIO.

auditus est, auditus autem per verbū Dei. Non ergo commenta humana, aut rationes humanas opinionesque hominum Philosophicas, neque pugnantia cum fide Christiana, aut cum scriptura canonica proferimus, cum veteris ecclesiæ fidem & cōsensum in doctrina de vera & finita carne Christi sedente in cœlo ad dexteram patris, proferimus, sed ipsam veram apostolicamque & catholicam fidem scripturis sanctis subnixam, & ab apostolis traditam adducimus, quam qui asperantur, neque fidelium nomine digni sunt, neque salutē in Christo promissam consequentur.

Venimus autem nunc ad rem ipsam explicandam, ea vsuri breuitate, qua hactenus vsi sumus, qua denique possumus, in re tam copiosa tantique momenti, non omnia quidem, quæ dici poterant, adferentes, sed selecta dumtaxat euidentia claraque & ad rem facientia commemorantes.

Prædixit dominus exoritu-
ros doctores
falsos.

Prædixit multis in euangelio verbis Dominus noster, prædixerunt apostoli simul & prophetae in scripturis sanctis, exoritu-
ros ex ipsis ecclesiæ visceribus, homines corruptos, qui mysterium fidei, nec caste, nec simpliciter custodientes, hoc ipsum variè & impiè sint prophanaturi ac oppugnaturi. Prædixerunt autem hoc nobis non frustra, nedum illa quæ futura prædixerunt, adimpleri cernentes, offenderemur, aut istorum corruptelis permo-
uere-

ueremur, quin potius pestes illas ceu digito nobis commonstratas, abominaremur persequeremurq; in doctrina apostolica, & in consensu ecclesiæ Christi catholico.

Ergo ipsis apostolorum temporibus cœpit Sathan insidiari salutari incarnationis mysterio insidia-
ri, nunc in hanc incurrens partem, modo in aliam, si totum labefactare & euertere posset. carnationis
Nam per quosdam diuinitatem Christi domini, per quosdam iterum eiusdem humanitatem
hostiliter impetiuit, nec defuerunt, qui & u-
nionem hypostaticam diuellere, & proprietates naturarum confundere inter se, adeoq; &
abolere summis contenderent viribus. Videbat enim Sathan hoc sacro mysterio conuulso
& in hominum pectorib. per prauas opiniones corrupto & extincto, euersam iri simul
perditamque certo iacere veram hominum salutem, cui ille mox à rerum exordio insidiatus
fuisse legitur, & ne hodie quidem eidem insidiari desinit.

Apostolis itaq; in Samaria euangelium prædicantibus, exorta est ibidem pestis funestissima, quæ postquam fœda sui vestigia in oriente reliquisset, Romam venit, eamque infecit, schola ibi cõflata, multarum blasphemiarum scaturigine. Simonem magum dico: unde Simoniani, & portetosa hæreticorum monstra
subsequentibus temporibus irruerunt in ecclesiam Dei.

Sathan insidiatur incarnationis mysterio.

Simon Samaritanus.

REPETITIO ET DILVCID.

Cerinthus
& Hebion.

Emerſit & Cerinthus, qui docuit Ieſum Chriſtum, nec conceptum eſſe ex ſpiritu ſancto, neq; natum ex virgine, ſed ex Iosepho, nec Deum eſſe ſed hominem purũ. Sequutus eſt Cerinthus Hebion, qui negauit Chriſtum fuiſſe ante Mariam, ſed ex ea genitum hominem quidem perfectum, tamen ante alios & virtute multa donatum. Scribit autem Hiero. Ioan. apoſtolum, ab Aſiæ epiſcopis rogatum, aduerſus hunc Cerinthus aliosq; hæreticos, & maximæ tunc Hebionitarum dogma conſurgens, euangelium, quod ſecundum Ioan- nem nuncupamus, conſcripiſſe.

Menander
Saturnius.

Ex ſchola impij Simonis effuſi ſunt in eccleſiam hæreticorum nimbi, & inter primos Menander & Saturninus Antiochenus eſt Syria: docuit is Chriſtum incorporalem ſine figura & in phantaſmate viſum hominem, nec carnem hominis veram, nec animam accepiſſe. Idem & reſurrectionem carnis negauit.

Basilides.

Sequutus eſt Baſilides Alexãdrinus & Carpocrates, author ſectæ impuriſſimæ Gnoſticorum, docens ſolam Chriſti animam in cœlos eſſe receptam. Nam carnis reſurrectionem non agnoſcebat. Nec diſſimilis multum huic fuit Valentinus ille Platonicus, qui Chriſto cœleſtem, & longè noſtrę diſſimilem carnem, non ex virgine, ſed de cœlo delatam tribuit, natam

Valentinus

natam quidem per virginem, sed nihil sum-
pisse ex ea, sed per eam ita effusam, ut aqua
per canalem. Negavit & hic huius carnis re-
surrectionem, aliam nescio quam carnem fini-
xit. Ac multos hic sectatores habuit, Ptolem.
Marcum, Colorbasum, & reliquos à S. Irenæo
cōmemoratos. Quibus in omni blasphemia
aliquanto etiam deteriores accesserunt, Cer-
don & Marcion, carnem & ipsi in spiritū pror-
sus disponentes.

Marcion.

Dum verò hæc doctrinæ portenta contra
veritatem veræ resurrectionis carnis nostræ
confutare vellent viri aliquot eius temporis
illustres, nimium & ipsi in aduersam partem,
ex via regia deflexerunt. Chiliastæ enim qui
& Millenarij nuncupantur, illis sunt exorti
temporibus, qui authore Hieronymo, corpo-
ra nobis huiusmodi reliquerunt à resurrectio-
ne, quæ regno terreno aureoûe sæculo annis
mille frui, terrenisque capi desiderijs ac dele-
ctari possent. Prorsus apostolicæ contradicen-
tes doctrinæ, proclamanti, Esce ventri desti-
nate sunt, & venter escis, Deus autem & hunc,
& illas abolebit. Atqui dum hos alij & ipsi il-
lustres, erroris reuincerent, etiam & ipsi aber-
rantes à via regia, hoc est à doctrina Apostoli-
ca, recesserunt. Author est enim idem Hie-
ronymus, Origenianos sic statuisse de sta-
tu corporum gloriosorum, ut ipsis corporea ui-

Chiliastæ.

1. Cor. 6.

Origenias

REPETITIO ET DILVCID.

natura detracta subuersaque, nil differrét à spiritalibus. Negabat enim Origenes eo habitu carnis & symmetria membrorum resurrectura esse corpora humana, quo vitam egissent mortalem, philosophas interim vocitans, qui sic essent opinati. Et quia corpus animale, scriptura teste, spiritale futurum est, sic aestimabat corpora gloriæ, ut & carne posita, in naturam omnino spiritalem essent abitura. Cæterum hæc disputabantur etiam contra veram Christi carnem, sedentem ad dexteram patris in cælo. Nam si caro nostra, sua natura vere non resurgit, ne Christus quidem, ut apostolus colligit, carne sua resurrexit.

2. Cor. 15.

Porro in fugam versis & deuictis apostolicæ contradicentibus doctrinæ, sathan implacabilis nostræ salutis & veritatis hostis, subinde noua restaurauit prælia. Etenim Cerinthi hæresim reparauit sub Aureliano imp. circa annū domini 270. Nā Paulus Samosatenus Antiochenæ ecclesiæ episcopus, homo fastu incredibili turgidus, tribuit Christo quandam ἀνοδωσις, qua humanam naturam in diuinam translata stolidissimè finxit. Per gloriam enim acceptam à patre, Deum postea factum esse existimauit.

Paulus Samosatenus.

Manicheus.

Paulo post, circa annum domini 280. emerfit in Ecclesiam blasphema Manicheorum heresis, sacrilegam in fideles profundens infamiam. Nam & carnem Christi veram risit, affirmans

firmās dominum nec animam sumpsisse, nec corpus, sed tanquam hominem quidem apparuisse, humani tamen nihil habuisse. Ac resurrectionem carnis idem ille tanquam fabulam explosit.

Et hæc quidem hæresum hæreticorumque portenta, primis illis seculis, & mox à prædicatione apostolica ecclesiam Dei vexarunt, ac veram fidem de Christo Deo & homine oppugnarunt. Et paucula quidem ex multis recensui.

Scripturis sanctis & consensu catholico doctrinam fidemque apostolicam de Christo vero Deo & homine sedente in carne sua ad dexteram patris, contra hæreses, inuiolatam esse in ecclesia conseruatam, per tria secula ad ætatem usque Constantini. CAPVT VIII.

IAM ex opposito demonstrabo paucis doctrinam Apostolicam de Christo vero Deo & homine, sedente in carne sua ad dexteram patris, contra omnes hæreses inuiolatam in ecclesia conseruatam esse ad tempora usque Constantini.

Recitat multis Eusebius Cæsariensis, & qui Eusebius Cæs.
ipsum in cōscribenda eccles. hist. sequuti sunt

REPETITIO ET DILVCID.

qui nam ecclesiæ doctores veteres illas ante
expositas hæreses oppugnarint atque deuice-
rint. Illa ordine commemorare nimis opero-
sum & molestum esset: ergo adducam certa
quædam duntaxat testimonia præstâtissimo
rum ecclesiæ doctorum, quibus attestati sunt,
non tam quid ipsi, hac de re senserunt, quam
quæ fuerit tunc catholica in ecclesia Christi
fides atq; doctrina.

Iustinus
Martyr.

Ac prodeat primum in mediū fidelis Chri-
sti Martyr vel testis Iustinus, qui sub Aur. Ve-
ro, propter Christum interfectus est, circa an-
num domini 170. Exponit hic libello peculia-
ri doctrinam de recta fidei confessione, ac in-
ter alia ostendit, Christum dominum gemi-
nam habere naturam, in vna persona vnitam,
ac dicit, Idem est filius, qui & concidit, & col-
lapsa restituit. In quantum homo concidit, in
quantum Deus collapsa restituit. Quoties er-
go audieris de vno filio voces contrarias, col-
latas inuicem, diuide iuxta vtramq; naturam,
magnificas diuinasque diuinæ naturæ attri-
buens, quicquid autem exiguum & humanū,
humanæ imputans. Sic enim & vocū earum
discrepantiam effugies, reddendo sua cuique
naturæ, & filium vnicum antiquiorem sæcu-
lis omnibus eundem recens natum, iuxta sa-
cras scripturas, confiteberis.

Paulo post proponit quorundam quæstio-
nē, huiusmodi verbis: Quæritur, Quomodo
verbum

verbum illud ubique sit iuxta essentiam, & quomodo in templo (corpore) proprio? Si enim sic & ibi, ut in vniuerso, templum nihil habebit præ cæteris. Et quid faciemus illi seripturæ, In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter? Quod si quis concedit in templo eam plus, ergo non adest rebus omnibus iuxta essentiã: quod est Dei propriũ, &c. In responsione autem cum increpasset grauius istam mouentes questionem, tandem & in hæc verba prorumpit, Vt tollatis duas naturas, quæstiones tales proponitis, qui mixturam, confusionem & mutationem in Deitate ex corpore, ut hæc confundatis comminiscimini, qui nunc carnem in verbum versus asseritis, nunc carnem in verbi essentiam, & hac mentis deprauatione nihil vos sapere ostenditis. Hæc ille. Colligunt ex paucis his pij omnes nullo negotio ætate Iustini doctrinam apostolicam de Christo superius commemoratam, sinceram esse conseruatam contra hæreses.

S. Christi martyr Irenæus Lugdunensis episcopus qui sub L. Sept. Seuero, propter Christum iugulatus est, circiter annũ domini 204. disputans contra hæreses in libro suo contra Valentinianos cap. 2. opponit omnibus pergrinis opinionibus fidei regulam, quam hodie nuncupamus symbolum apostolorum, ac dicit, Ecclesia per vniuersum orbem vsque ad fines terræ seminata, & ab apostolis & ab

Irenæus
martyr,

REPETITIO ET DILVCID.

eorum discipulis eam accepit fidem, quæ est in vnum Deum patrem omnipotentem, & in vnum Iesum Christum filium Dei incarnatum pro nostra salute. Mox his addit, Spiritum sanctum per prophetas prædicasse passionem eius & resurrectionem ex mortuis, & IN CARNE ad cælos ascensionem, & de cælis in gloria patris aduentum eius ad refuscitandam omnem carnem. Hanc prædicationem & fidem consequenter idem martyr ostendit, vniiformiter per omnes orbis ecclesiasquæ diligentissimè custodiri.

Resurre-
ctio.

Idem lib. 3. cap. 4. vnionis Dei & hominis manifestè meminit in commemoratione eiusdem regulæ fidei & traditionis apostolicæ. Et in 5. lib. Deus, inquit, qui & dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. Quomodo itaque Christus in carnis substantia surrexit, & ostendit discipulis figuram clauorum & apertionem lateris (hæc autem sunt indicia carnis eius, quæ surrexit à mortuis) sic & nos, ait apostolus, suscitabit per virtutem suam. Planiora sunt hæc omnia quam multis sint illustranda.

Tertullian.
presbyter.

Porro Tertull. qui & ipse sub Seuero Imp. in Aphricanis floruit ecclesijs, contra Praxeram, & alios disputans hæreticos, adducto apostoli loco ad Roman. 1. Qui genitus fuit ex semine David &c. subiūgit, Videmus duplicem statum non cōfusum, sed coniunctum in vna peria-

persona, Deum & hominem Iesum. De Christo autem dissero. Et adeo salua est vtriusque proprietas substantiæ, vt & spiritus res suas egerit in illo, id est, virtutes & opera & signa, & caro passionem suam functa sit, esuriens sub diabolo, sitiens sub Samaritide, flens Lazarum, anxiusque ad mortem, denique & mortua est. Quod si tertium quid esset ex utroque confusum vt electrum, non tam distincta documenta paterent vtriusque substantiæ.

Idem in eod. Filius & moritur & resuscitatur à patre secundum scripturas, filius ascendit in superiora cœlorum, qui & descendit in interiora terræ. Hic sedet ad dexteram patris, non pater ad suam. Hunc videt Stephanus cū lapidaretur adhuc stantem ad dexteram Dei, vt exinde sessurum, donec ponet illi pater oēs inimicos sub pedib. suis. Hic & venturus est rursus super nubes cœli, talis qualis & ascendit, &c.

Et in fine lib. de Carne Christi, Idem veniet, ait, de cœlis qui est passus. Idem omnibus apparebit qui est resuscitatus. Et videbunt & agnoscent qui eum confixerunt, vtiq; ipsam carnem in quam seuerunt, sine qua nec ipse esse poterit, nec agnosci, &c.

Idem scripsit doctiss. & longè pulcherrimum pijsimumque de Resurrectione carnis librum, cōtra omnes hæreses. In eo astruit validissimæ prophetarum & apostolorum ora-

De resurrectione.

REPETITIO ET DILVCI

culis veram corporalemq; resurrectionem & Christi & omnium fidelium, ita differens de qualitate resurgentium corporum, vt illa nec spiritus, nec alia sint futura, sed vera corpora & aliter reuersura. Cōmendarūt hunc librum semper omnes catholici & orthodoxi doctores. Inter alia ostendens in regia cœlorum reside-
 dere Christum dominum, in propria sua carne, maximæ inconsiderantiæ damnat eos, qui omnem passim carnem & sanguinem (præ-
 textu verborum apostoli, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt) à regno Dei excludunt. Cum illic adhuc (ita scribit) sedeat le-
 sus ad dexteram patris homo etsi Deus, caro & sanguis, etsi nostris puriora, idem tamen & substantia & forma, qua ascendit, talis etiam descensurus (vt angeli affirmant) agnoscedus scilicet eis, qui illum conuulnerauerūt. Et quæ in eandem sequuntur sententiam apertissima.

Præterea soliditatem corporum clarificato-
 rum amplius asserens eodem in libro, Libera-
 buntur & membra, inquit, ab officijs, nec ideo non erunt necessaria. Licet enim officijs liberentur, iudicijs tamen retinentur, vt quis refe-
 rat per corpus, prout gessit. Saluum enim ho-
 minem tribunal Dei exigit. Saluum verò sine membris non licet esse: ex quorum non offi-
 cijs, sed substantijs constat, nisi forte & nauem sine carina, sine prora, sine puppi, sine compa-
 ginis totius incolumitate, saluam adseuerabis.

2. Cor. 5.

Et

Et reliqua. Habes illustria veterum testimo-
nia apertissimè attestantia, & Christi domini
corpus, & omnia sanctorum gloriosa corpo-
ra, suam, sicut diximus, retinere veritatem, for-
mam & circumscriptionē. Vt autem Cypria-
nus martyr, Tertull. præceptorem agnouit,
ita in hac causa ab ipso nihil dissentit. Id quod
videre licet in Tract. eius 4. de idolorum va-
nitate, & in Expositione symboli apostolici.

Cyprianus
martyr.

Possem hic & illa proferre quæ disputata
sunt contra Paulum, Samosat. & maximæ cō-
tra Manicheum pro veritate carnis Christi ad
dexteram Dei patris, sed sufficere illa quæ pro-
tulimus arbitramur. Abunde enim euincunt
catholicū fuisse in ecclesia Christi de hac cau-
sa consensum per integra illa tria secula.

*Quam grauibus iterum certamini-
bus mysterium incarnationis domi-
ni, veri Dei & hominis, in vera
carne sua sedentis ad dexteram
patris, implicatum exagitatumq̃,
sit in ecclesia, ab imperio Constanti-
ni magni, ad tempora vsq; Hera-
clij Imp. CAP. IX.*

Restat vt illis seculis tribus, & consequen-
tia alia tria secula, ipsorumque catholicū
in hac re consensum, imprimis autē hæretico

REPETITIO ET DILVCID.

rum contrariā impurāq; doctrinā adiiciamus.
Arius. Ergo Constantini Imp. ætate circa annum domini 317. fuit Alexandria, Arius presbyter quidā, qui Berilli, Samosatēni aliorumq; hæresim, diuinitatem Christi veram negantium, renouauit, ac ipse quoq; diuinā in Christo naturam alteram negauit. Soluit hic hypostaticæ vnionis sacramentum, dum ex personā Christi alteram sustulit naturam. Non est vlla vnquam in ecclesia hæresis excitata, quæ tot & tam diuturnas funestas luctuosasq; turbas pijs dederit.

Apollinarius. Sequutus est Apollinaris Laodicens in Syria episcopus qui & ipse soluens vnionis sacramentum mysterium, carnem Christo sic tribuit vt ademerit animā, negaritq; Christum dominum perfectum assumpsisse hominē, animæ loco verbum subiiciens. Seleuciani qui & Hermiani, negarunt Christum in carne sua sedere ad dexteram patris, & negarunt resurrectionem carnis.

Ioan. Hierosol. episcopus. Circa illa tempora Ioan. Hierosol. episcopus excitauit Origenianorum errorem, perperam docens de natura vel veritate resuscitatorum corporum ex mortuis. Quæ quidem doctrina facit & ipsa, sicut antea quoque monui, ad euertendam veritatem carnis Christi sedentis ad dexteram Dei.

Nestorius. Porro vix extincta Ariana peste, excitatus sathan selectum aliquod organum, per quod manifeste

manifeste Christi personā distraheret imò laceraret. Nam Nestorius Syria oriundus Constantinopol. ecclesie episcopus, homo audax, ita se omnia scripturæ mysteria tenere arbitrabatur, vt lectio ne veterum non indigeret. Ergo de naturis in Christo ita differebat, vt paulam solueret vnionis sacramentum, nec vnā personā sed duas facere videretur. Ideo enim volebat virginem matrem nuncupari deiparam, negabat Deum crucifixum esse & mortuum. Nam contendebat Deū nec nasci posse nec mori. Contendebat præterea verbum carni adesse per assistentiam vel societatem, nec aliter Deum in Christo esse, quam in prophetis apostolis & alijs sanctis.

Contempsit
veterū scri-
pta.

Cæterum circa annum domini 449. dum Eutyches.

Eutyches conatur Nestorij vitare calcariam, incidit, quod prouerbio dicitur, in suā carbonariā. Non enim religiose intelligens vnionis mysterium, confusionem naturarum, & abolitionem humanæ naturæ, imò noua prælia introduxit in ecclesiam Christi. Fuit hic Eutyches monachus & archimādrita Constantinopolitanus, qui dabat quidem humanā naturam à diuina esse assumptam, sed addebat conditione assumptionis esse abolitam, ergo non mansisse in Christo nisi vnā naturam, diuinam. Hominem ergo Deo absolvebat, nec cuique naturæ suæ propria attribuebat. Proinde affirmabat verbum esse mortuum, Verbū mortuum.

REPETITIO ET DILVCID.

humanamque naturam, verbi esse naturam.
Nam in ipsa incarnatione & vnione natura-

rum, carnis naturam esse deificatam. Nega-
bat itaq; assumptum domini corpus, verum
in cœlum esse assumptum, adeoque negabat
illud hoc ipsum esse corpus, quod fuerat ante
ascensionem, in eadem substantia forma atq;
circumscriptione, simile prorsus corporibus

Christi cor-
pus in cœ-
lo non cir-
circumscri-
ptum.

illis nostris, aliquando à mortuis excitandis.
Quæ quidem ad hunc modum leguntur in
scriptis patrum, Theodoreti maximè, deliria
istius confutantis, Dialogo 2. Inconf.

Eutychia-
ni defensi.

Cumque hæc sacrilega doctrina palàm sol-
ueret vnionem hypostaticam, inuenit tamen
non omnino obscuros, qui ei patrocinarètur,
non segniter. Conuocata est enim apud Ephe-
sum synodus, quæ & secunda Ephesina, & m
spiritu nuncupatur in historijs, in qua impium
Eutychis dogma, Dioscoro Alexandrino epi-
scopo autore, est approbatum atque confir-
matum: viri autè insignes & orthodoxi Dom-
nus Antiochenus, Daniel Charrensis. Ibas E-
desseus, Theodoretus Cyrensis, Irenæus Ty-
ri episcopus & alij viri pijsissimi atque doctissi-
per illam sunt condemnati.

Donati
orthodoxi.

In istorum ordinem sunt referendi qui isto
seculo sese opposuerunt Chalcedonen. Syno-
di decreto, homines mente corrupti ac seditio-
si, in quorum numero non postremas obtri-
nuit Timotheus ille Aclurus Alexandr. episc.
à quo

Timothea-
ni.

à quo cognominati sunt Timotheani. De quibus multa commemorant historiae Nicephori & Euagrii. Et quanquam scripturis sanctis & catholico ecclesiae consensu, hæc monstra valide essent à fideliss. doctissimisq; ecclesiae ministris profligata, non defuerunt tamen consequentibus temporibus viri perditionis & perversi, qui reuocarent hæreses & Nestorij & Eutychis in ecclesiam. E quorum numero fuit & Theodorus Cilix è Mopsocrene qui & ipse Nestorij instar negabat Christum Deum & hominem natum esse ex virgine. Non enim nisi homini permittebat natiuitatem.

Exorti sunt & Monophysici, qui & Monothelitæ, (quasi tu dicas vninaturales & vniununtarij) dicebantur, negantes & ipsi naturarum discrimen, & vnā modo voluntatem in Christo agnoscentes. In quibus sanè rursus reflorebant Eutychiani. Ac paulò ante hæc tempora reuocauit quidam Euticius Origenianum illum errorem de natura clarificationum corporum nimis spiritali, carnisque naturam euacuante.

Cæterum istis tandem contentionibus in ecclesia, factum est vt Mahometo aperiretur ianua ad grassandum in ecclesia Dei, & multas euertendi per orientem aliasque orbis partes clarissimas ecclesias. Quæ quidem corruptæ illius de Christo doctrine, digna quidem, sed grauissima fuit ecclesie pœna, à qua ne ho

Monothelitas.

Mahomet.

REPETITIO ET DILVCID.

die quidē liberati sumus. Dominus Iesus miseretur afflictissimæ ecclesiæ, & liberet nos non tantum ab erroribus blasphemijsque infandis Mahometanorum, sed ab omnibus alijs erroribus.

Consensu vnanimi in ecclesia Dei à Constant. magni imperio ad vsque Theod. iunioris defensam & conseruatam esse doctrinam apostolicam de Christo vero Deo & homine, in vera carne sua sedente ad dexteram patris.

CAPVT X.

REstat iam iterum vt ex opposito demonstrarem doctrinam apostolicam de Christo vero Deo & homine in vera carne sua sedente ad dexteram patris, inuictam integramque contra omnes hæreses in ecclesia Dei, cōsensu publico, & defensam & conseruatam traditamque esse pijs.

Cū ergo Arii, vt diximus, doctrina blasphemica non tantum perturbasset Christi ecclesiam, sed & Christianismum inter gentes adduxisset in contemptum probrosissimum, Constantinus Imperator, dictus magnus, rex omnium pijsimus, ex vniuersis terrarum orbis partibus episcopos quosque doctiss. & sanctiss.

atiff. Niceam Bythiniae urbem celebrem euo-
cavit, in synodum, & istis scripta prophetarū
& apostolorum proposuit, atque ex his quid
de Christo, verus ne Deus an creatura sit, cre-
di oporteat, decernant, mandauit. Deceuerūt
autem isti anno domini 328. secundum verita-
tem scripturarum credendum esse in vnum
Deum patrem omnipotentem. Et in vnū do-
minum Iesum Christum filium Dei. Et reli-
qua quæ sequuntur in symbolo illo Niceno,
omnibus notiore quàm commemorare oport-
eat. In eo symbolo mira breuitate & elegan-
tia comprehenderunt vniuersam doctrinam
apostolicam & propheticam, de vnione natu-
rarum in vna indiuisa persona, proprietatib.
interim naturarum saluis vtrinq̃ue manen-
tibus.

Concilium
Nicenum.

Sed quoniam Epiphanius Salaminæ Cy-
pri episcopus paraphrasi ea quæ de Christo
nobis secundū symb. Nicenum credenda sunt,
piè & ppriè reddidit, in suo illo Ancorato, nō
sine fructu verba eius me recitaturum confi-
do. Qui propter nos homines, inquit, & pro-
pter nostram salutem descendit, & incarnatus
est, hoc est genitus est perfecte, ex sancta Ma-
ria semper virgine, per Spiritum sanctum: &
homo factus est, hoc est perfectum hominem
suscepit, animam ac corpus & mentem, & o-
mnia quicquid est homo, præter peccatum:
non ex semine viri, neque in homine, sed in

Paraphra-
sis symboli
Niceni.

REPETITIO ET DILVCID.

seipsum carnem efformauit, in vnam sanctam
vnitatem, non quemadmodum in prophetis
inspirauit & loquutus est & operatus, sed per-
fectè homo factus. Vnus est enim dominus Je-
sus Christus, & non duo, idem Deus, idem Do-
minus, idem Rex. Idem passus est in carne &
resurrexit, & ascendit in cœlos in ipso corpo-
re, gloriose sedens in dextera patris, venturus
in ipso corpore in gloria ad iudicandum vi-
uos & mortuos. Cuius regni non erit finis.

Symbolum
Athanasij.

Similiter & beatus Athanasius Alexan-
drinæ ecclesiæ episcopus, illustre iubar vniuer-
sæ ecclesiæ, contexens symbolum fidei Chri-
stianæ iuxta doctrinam, acceptam ab aposto-
lis, scripturis traditam confirmatamq; & per
catholicam ecclesiam per orbem vniuersum
dispersam, receptam, vnanimique consensu
approbatam, sic reliquit scriptum, Est ergo fi-
des recta, vt credamus & confiteamur, quia
dominus noster Iesus Christus Dei filius, De-
us & homo est. Deus est ex substantia patris
ante secula genitus, & homo ex substantia ma-
tris in sæculo natus. Perfectus Deus, perfe-
ctus homo, ex anima rationali & humana car-
ne subsistens. Aequalis patri secundum diui-
nitatem, minor patre secundum humanitatem.
Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen,
sed vnus est Christus. Vnus autem non con-
uersione diuinitatis in carnem, sed assumptio-
ne humanitatis in Deum. Vnus omnino non
confu-

confusione substantiæ, sed vnitæ personæ. Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis: ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ad cuius aduentum omnes homines resurgent cum corporibus suis, & reddaturi sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui vero mala in ignem æternum. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit. Hæc omnia sunt Athanasij, qui oppugnauit studio indefesso & diligetia exquisitissima, laboribus maximis, summaq; cum fœlicitate Arianos.

Symbolū
Damasc.

Et beatus Damasus Rom. ecclesiæ episcopus conscribens & ipse summam Christianæ & orthodoxæ fidei, quā Imp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius in omnibus sequi mandant omnibus haberi volentibus pro catholicis, purgatisq; ab omni hærese & maculis, sic inter alia insit, Filius vltimo tempore ad nos saluandos, & ad implendas scripturas, descendit à patre. Et conceptus est de Spiritu sancto, & natus ex virgine: carnem & animam & sensum, hoc est, perfectum suscepit hominem, nec amisit quod erat, sed cœpit esse quod non erat: ita tamen vt perfectus in suis sit,

REPETITIO ET DILVCID.

& verus in nostris. Nam qui Deus erat, homo natus est: & qui homo natus est, operatur vt Deus, & qui operatur vt Deus, vt homo moritur, & qui vt homo moritur, vt Deus resurgit. Quin deuicto mortis imperio, cum ea carne qua natus & passus & mortuus fuerat etiam resurrexit. Ascendit ad patrē, sedetque ad dexteram eius in gloria, quam semper habuit & habet. In cuius morte & sanguine credimus emundatos nos, & ab eo resuscitandos die nouissimo in hac carne, qua nunc viuimus.

Christus in
sua carne se
det ad dex
terā patris.

Idem ille ad Paulinianum Thessalonicen. episcopū, Si quis, inquit, non dixerit in carne quam assumpsit Christum sedere ad dexterā patris, in qua & venturus sit iudicatum viuentē & mortuos, anathema sit.

Confutatam autem esse Apollinarij hæresim author est in historia Theodoretus lib. 5. capite 9.

Expositio
fidei à San.
Hieronymo.

Extat præterea elegans fidei catholicæ expositio à S. Hieronymo inscripta Damaso papæ, quæ inter alia habet, Sic autem confitemur, in Christo vnā filij esse personam, vt dicamus duas esse perfectas atque integras substantias, id est, deitatis & humanitatis, quæ ex anima continetur & corpore. Atque vt condemnamus Photinum qui solum & nudum in Christo hominem confitetur, ita anathematizamus Apollinarem, & eius similes, qui dicunt Dei filium minus aliquid de humana suscepisse

fcepisse natura, et vel in carne vel in anima vel
 in sensu assumptum hominem, his propter
 quos assumptus est, fuisse dissimilem, quem
 absque sola peccati macula (quæ naturalis nō
 est) nobis confitemur fuisse conformem. Illo-
 rum quoque similiter execramur blasphemiam,
 qui nouo sensu asserere conantur à tem-
 pore susceptæ carnis, omnia quæ erant deita-
 tis in hominem demigrasse, & rursus quæ e-
 rant humanitatis, in Deum esse transfusa, ut
 quod nulla vnquam hæresis (illo adhuc tem-
 pore) dicere aua est, videatur hac confusione
 vtraque exinanita substantia deitatis sed & hu-
 manitatis, & à proprio statu in aliud esse mu-
 tata, qui tam Deum imperfectum in filio, quā
 hominem confitentur, ut nec Deum verum
 nec hominem tenere credantur. Nos autem
 dicimus susceptum ita à Dei filio passibile no-
 strum, ut deitas impassibilis permaneret. Pas-
 sus est enim Dei filius non putatiue, sed vere
 omnia quæ scriptura testatur, id est, esuriem,
 sitim, lassitudinem, dolorem, mortem & cæte-
 ra huiusmodi. Secundum illud passus est, quod
 pati poterat, id est, nō secundum illam substā-
 tiam quæ assumpsit, sed secundum illam quæ
 assumpta est. Ipse enim Dei filius, secundum
 suam deitatē impassibilis est ut pater. Et quā-
 uis propria persona filij, id est, Dei verbum su-
 scepit passibilem hominem, ita tamen eius ha-
 bitatione secundum suam substantiam deitas

REPETITIO ET DILVCID.

verbi nihil passa est vt tota trinitas, quam impassibilem confiteri necesse est. Mortuus est ergo Dei filius secundum scripturas, iuxta illud quod mori poterat. Resurrexit tertia die: ascendit in cœlum, sedit ad dexteram Dei patris, manente ea natura carnis, in qua natus et passus est, in qua etiam resurrexit. Non enim exinanita est humanitatis substantia, sed glorificata, & in æternum cum deitate mansura. Accepta ergo à patre omnium potestate quæ in cœlo sunt & in terra, venturus est ad iudicium viuorum & mortuorum, vt & iustos remuneret & puniat peccatores.

Resurre-
ctio mor-
tuorum.

Resurrectionem etiam carnis confitemur & credimus, vt dicamus nos in eadem in qua nunc sumus veritate membrorum esse reparandos, qualesq; semel post resurrectionē fuerimus effecti, in perpetuum permansuros, &c. Idem ille Hieron. dogma prauum Ioan. Hieron. sol. episcopi de natura clarificatorum corporum valide confutauit, & inter alia dixit, Vis resurrectionem carnis veritate, & non putatiue, vt loqueris, confiteri, post illa quibus ignorantium blanditus es auribus, quod in ipsis corporibus, in quibus mortui sumus, & sepulti, resurgamus, hoc potius adiūge, & dic, Quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videris habere: & propriè ad Thomam, Infer digitum tuū in manus meas, &c. Sic & nos post resurrectionem eadem habebimus

EXPLICAT. CONSEN. 34

mus membra, quibus nunc utimur, easdē car-
nes, & sanguinem, & ossa, quorum in scriptu-
ris sanctis opera, non natura damnantur. Hęc
est vera resurrectionis confessio, quæ sic glo-
riam carni tribuit, ut non auferat veritatem.

Item, Ego liberè dicam, & fidem ecclesiæ
apertissimè confitebor, Resurrectionis veri-
tas catholicæ, sine carne & ossibus, sine san-
guine & membris intelligi non potest. Vbi ca-
ro, & sanguis, & ossa, & membra sunt, ibi ne-
cesse est ut sexus diuersitas sit. Vbi sexus diuer-
sitas est, ibi Ioannes Ioānes, Maria Maria, &c.

Cum his omnibus per omnia congruit fi-
dei confessio quam Ruffinus Aquileien. con-
texens, testatur se communem habere cum ec-
clesia Hierosol. Alexandrina & Romana. Ver-
ba eius nō commemorabo, quod res eadem il-
la iam sæpius dicta sit ac repetita. His arbitror
me quam abundantissimè, & quam apertissi-
mè monstrasse quod demonstrandum mi-
hi sumpsit, Christum verū Deum & hominem
in vera & propria carne sua sedere ad dexterā
patris, & nō ubiq; esse præsentē: & in hoc esse
p̄petuū & catholicū ecclesię Christi cōsensum.

Symbolam
Ruffini.

Beati Augustini perspicua testimonia
de naturis in Christo diuersis, verita-
tēq; carnis eius, quæ licet vnita sit ver-
bo & sit gloriosa, ut finita tamen loco
continetur, & non ubiq; est. C. A. XI.

REPETITIO ET DILVCID.

3. Augusti-
ni laus.

Quanquam hæc quæ adducta sunt, pote-
rant sufficere pijs, non pigebit tamen a-
liquot beati Augustini episcopi testi-
monia de hac re illustria proferre. Floruit hic
circa finem seculi tertij, & principium quarti.
Præfuit ecclesie Dei per 40. annos episcopus,
maxima cum totius ecclesie, imò vniuersi or-
bis laude. Fuis is acerrimus omnium heresum
hæreticorumque hostis, qui religiosissimè fi-
dem catholicam apostolicamque in ecclesia
doctrinam defendit atque custodiuit, nec in-
uenitur facilè alius, qui pro tuèda doctrina sa-
na, aduersus hæreticorum versutias, plures su-
stinuerit labores. Nil hic fingo. Sût huius lau-
dis locupletissimi testes libri eius & historie.
Ille ergo innumeris propè locis de hoc myste-
rio differens, omnium planissimè autem in
epist. ad Dard. 57. dicit, Sicut vnus homo est
anima rationalis & caro: sic & vnus Christus
est verbũ & homo. Proinde quod ad verbum
attinet, creator est Christus. Omnia enim per
ipsum facta sunt. Quod verò ad hominẽ, crea-
tura est Christus. Factus est enim ex semine
David, secũdum carnem, & in similitudinem
hominum factus. Item quia in homine duo
sunt, anima & caro, secũdum animam tristis
fuit vsque ad mortem, secundum carnem pas-
sus est mortem. Nec tamen cum filium Dei
Christum dicimus, hominem separamus, aut
cum eundem Christum filium hominis dici-
mus

Testimoni-
um August.
Iuculentum
est utraque
datura Chri-
sti.

mus, separamus Deum. Secundum hominem
 nanque in terra erat, nō in cœlo, ubi nunc est,
 quando dicebat. Nemo ascendit in cœlum, ni-
 si qui de cœlo descendit, filius hominis qui est
 in cœlo. Quamuis secundū id quod filius Dei
 erat, esset in cœlo, secundum id verò quod fi-
 lius hominis erat, adhuc esset in terra, non-
 dumque ascendit in cœlum. Similiter cum se-
 cundum id quod filius Dei est, sit dominus
 gloriæ, secundum id autem quod est filius ho-
 minis, crucifixus sit, ait tamen apostolus, Si
 eum cognouissent, nunquam dominum glo-
 riæ crucifixissent. Ac per hoc & filius hominis
 secundum Deum erat in cœlo, & filius Dei se-
 cundum hominem crucifigebatur in terra. Si-
 cut ergo rectè potuit dici, Dominus gloriæ
 crucifixus, cum ad solam carnē illa passio per-
 tineret, ita rectè dici potuit, Hodie mecum e-
 ris in paradyso. Cum iuxta humanam humi-
 litatem, per carnem in sepulchro, per animam
 in inferno illo die futurus esset, iuxta diuinā
 verò immutabilitatem nunquam de parady-
 so, quia ubiq; est semper, recessisset.

Noli itaque dubitare ibi nunc esse hominē
 Christum Iesum, vnde venturus est, memori-
 terque recale & fideliter tene Christianā con-
 fessionem, quoniam resurrexit à mortuis, as-
 cēdit in cœlum, sedet ad dexteram Dei patris,
 nec aliunde quam inde venturus est iudicare

Vera Christi-
 stiana & ca-
 tholica fide-
 des.

EXPLICATIO ET DILVCID.

Vide quam
clare loqua-
tur.

viuos & mortuos. Et sic venturus est angeli-
ca illa voce testante, quemadmodum ire visus
est in cœlum, id est in eadem carnis forma at-
que substantia, cui profecto immortalitatem
dedit naturam non abstulit. Secundum hanc
formam non est putandus ubiq; diffusus. Ca-
uendum est enim, ne ita diuinitatem astrua-
mus hominis, vt veritatem corporis aufera-
mus. Non est autem consequens, vt quod in
Deo est, ita sit ubiq; vt Deus. Nam & de no-
bis veracissima scriptura dicit, quod in illo vi-
uimus mouemur & sumus, nec tamen sicut
ille, ubiq; sumus, sed aliter homo ille in Deo,
quoniam aliter & Deus ille in homine, pro-
prio quodam & singulari modo. Vna enim
persona Deus & homo est, & vtrunque est vs-
que Christus Iesus, ubiq; per id quod Deus
est, in cœlo autem per id quod homo.

Nam idem ille sub finem epistolę. Christu
ait, dominum nostrum vnigenitum Dei fili-
um æqualem patri, eundemque hominis fili-
um, quo maior est pater, & ubiq; totum præ-
sentem esse non dubites, tanquam Deum, &
in eodem templo Dei esse tanquam inhabi-
tantem Deum, & in loco aliquo cœli, propter
veri corporis modum, &c.

Obserua.

Congruunt hæc omnia cum scripturis san-
ctis & cum symbolis orthodoxis & catholicis
superius expositis. Ac obseruandum in hoc
Augustini testimonio id moneo imprimis,
quod

quod fidem in eo non suam modo, sed eam quoque, quam communē habebat cum orthodoxis, & quæ tunc secundum scripturas, erat vniuersi orbis terrarum fueratque vera fides ab initio rerum. Proinde hoc testimonium calumniari & repudiare, est catholicam fidem Christi calumniari & repudiare. Quod qui faciunt indigni sunt, quorum vlla amplius ratio habeatur in ecclesia.

Tract, in Ioan. 22. grauit̃ euidenter & lo- Vera caro
circumscri-
pta sedet
ad dexterā
patris.
eis scripturæ sanctæ ostendit idē author Christi in iudicium venturū in carne, quā apostoli tetigerunt, cuius etiam cicatrices tangendo sibi probauerunt, in illo inquam corpore, in quo cum eis intrauit & exiuit per quadraginta dies, manifestans se eis, in veritate, non in aliqua falsitate, non in phantasmate, aut vmbra, non spiritu, sed sicut ipse dixit, non falsus, Palpate & videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut videtis me habere. Et addit, Est quidem illud iam corpus dignum coelesti habitatione, non subiactis morti, non mutabile per ætates. Manet sicut ascendit. Ac veniet in forma humana. Hanc videbunt & impij, videbunt & ad dexteram positi, videbunt ad sinistram separati, sicut scriptum est, Videbunt in quem pupugerūt. Si videbunt in quem pupugerunt, corpus ipsum videbunt, quod lancea percusserunt. Lancea non percutitur verbum. In hoc enim impij videre poterunt,

REPETITIO ET DILVEID.

quod & vulnerare potuerunt. Latentem Deum in corpore non videbunt, post iudicium videbitur ab his qui ad dexteram erunt.

Que proprietates
Dei & ho-
minis.

Et Tract. in Ioan. 40. vetat dum contem-
plamur Trinitatem vel verbum eternum hu-
manam formam, humanorum linamenta
membrorum, figuram carnis humanæ, sensus
illos conspicuos, staturam motusque corpo-
ris, linguæ officium, distinctiones sonorum.
Et mox subiungit, Cum verbum caro factum
est, vt habitaret in nobis, ibi nō prohibeo, hu-
mana infirmitas, cogitare qđ nosti, imō etiā
compello. SI FIDES IN TE VERA EST,
talem Christum cogita, sed ex Maria virgine,
non de Deo patre. Talem cogita, infans fuit,
creuit vt homo, ambulauit vt homo, esuriuit,
sitiuit vt homo, dormiuit vt homo, passus po-
stremo vt homo, suspensus in ligno, occisus, se-
pultus vt homo. In eadem forma resurrexit,
in eadem forma ante oculos discipulorum as-
cendit in cælum, in eadē forma venturus est,
ad iudicium. Angelorum enim vox est in E-
uangelio expressa, Sic veniet quomodo eum
vidistis euntem in cælum. Quando ergo de
forma serui cogitas in Christo, humanam ef-
figiem cogita, si est in te fides. Quando au-
tem, cogitas in principio erat verbum, &
verbum erat apud Deum, & Deus erat ver-
bum, pereat de corde tuo omnis humana figu-
ratio, pellatur de cogitationibus tuis quicquid
sine

Nehic qui-
dem illas
proprietates
corpus
deposuit.

fine corporeo terminatur, quicquid loci spacio continetur, vel quantalibet mole diffunditur, de corde tuo figmentū tale dispereat. Hec ille, qui his prorsus similia scripsit Tra. in Io. iii.

Attribuit his S. Augustinus corpori Christi excitato à mortuis, assumpto in cœlos, sedenti ad dexteram patris, indeque in iudicium redituro, ea quæ propria sunt corpori, quibus à diuina secernitur natura. Deus enim vbiq; est & nullo comprehenditur loco. Caro autem Christi vbiq; nō est & suis continetur terminis, etiam in ipso cœlo atque gloria sua. Non solus aut sic sensit Augu. congruunt cum ipso & cæteri veteres ecclesie doctores, loci circumscriptiōē etiā glorioso corpori tribuētes, & ita secernētes à diuina natura.

Cyrl. enim in i. li. in Io. ca. 9. Deus, inquit, Proprietas
corporum
est esse in lo
co. nec in loco est nec trāseūdi motū patitur. Corporū enim hæc proprietas est. Deus vbiq; est. Eadem habet idem 2. lib. de Trin. Et citatur eius testimonium Act. 10. in Concilio vniuers. 6. Et lib. in Ioan. 2. cap. 141. Nulla inquit, quantitate, nulla figura, nullo Deus loco circumscribitur: nec has corporum proprietates Damasce.
li. 1. ca. 19. patitur. Athan. contra Arium, Eius, inquit, est ire & venire, qui aliquibus locorum terminis circumscribitur, vt cum in quo erat desere locum, ad alium, vbi non erat, veniat: nisi quia vtiq; de illo quem assumpserrat homine loquebatur (vado ad patrem) quod ipse ita

REPETITIO ET DILVCID.

rus erat ad patrem, à quo & venturus est iudicare viuos & mortuos, &c.

De resurre-
ctione Au-
gustinus.

Satis hæc clara sunt, subiiciam ergo vnum & alterum de resurrectione vera corporum humanorum testimonium. De Agone Christiano requirit vt agnoscamus illud ipsum corpus resurrexisse ex mortuis, ascendisse in cælos sedere ad dexteram patris, inde venturum iudicare viuos & mortuos, quod in cruce pendit. In libello de fide & symbolo contra gentiles asserit terrenum domini corpus assumptum esse in cælum. Et mox, Spirituale corpus (gloriosum) intelligitur, quia ita conaptandum est, vt cœlesti habitationi conueniat, omni fragilitate & labe terrena in cœlestem puritatem & stabilitatem mutata atque conuersa, &c. Plura ille affert quæ plurimum huc faciunt de ciuitate Dei libro 13. cap. 23. & lib. 22. cap. 30. & aliâs.

Sed pergo his etiam reliqua huius argumenti breuibus subtexere, vt fides piorum multiplicibus fulcris suffulta, firmiter subsistat contra omnes errores.

*Quæ acta sint contra Nestorium
& Eutychen pro veritate car-
nis Christi, in sua natura, in inse-
parabili persona permanentis, se-
dentisq; ad dexteram patris.*

CAPVT XII.

CVM Christianus orbis vehementer collideretur, Nestoriano dogmate inualefcente, Theodosius iunior Synodum conuocauit Ephesum. Conuenere itaque anno domini 438, patres circiter 200. inter quos Cyrillus Alexand. episcopus, & Memnon Ephesinus erant precipui. Hi verò cōcorditer omnes amplexi sunt synodum Nicenā, & Nestoriū damnauerunt. Breuior sum in explicandis huius Synodi Decretis, quod Chalcedonen. concilij decretum & Ephesinam & Chalcedonen. definitionem pulcherrimè & breuissimè complectatur.

Ephesinum concilium.

Etenim dum Eutychiana hæresis Nestoriana velut opposita, maximè per auctoritatem 2. concilij Ephesini colligeret vires, Marcianus sanctiss. Imperator & ipse synodum patrum euocauit Chalcedonen. Conuenerūt ibi patres circiter 636. circa annum domini 453. Hi verò condemnantes & Nestorium & Eutychen sic definierunt.

Chalcedonense concilium.

Vnum & eundem confitemur filium domini nostri Iesum Christum, & concorditer docemus omnes, esse eum perfectum in diuinitate, & eundem perfectum esse in humanitate, verum Deum & verum hominem, eundem ex rationali anima & corpore, coessentialē patri secundum diuinitatem, & coessentialē nobis secundum humanitatem, per omnia nobis similem, dempto peccato: ante

Vera fidei confessio.

REPETITIO ET DILVCID.

Propter v-
nitatem nō
est sublata
naturarum
differentia.

secula genitum ex patre secundum diuinitatem, postremis verò diebus propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine et deipara secundum humanitatem, vnum & eundem Iesum Christum filium Dei dominū & vnigenitum in duabus naturis, inconfuse, inconuertibiliter, indiuisibile & inseparabiliter, manifestatum, haudquaquam differentia naturarum propter vnitatem sublata, sed magis vtriusque naturæ (in vnā personā & vnā hypostasim concurrentis) proprietate seruata: non vt in duas personas bipartiatum aut diuidatur, sed vt sit vnus & idem filius vnigenitus, Deus verbum & dominus noster Iesus Christus: sicut de illo olim prophetæ vaticinati sunt, & ipse nos Christus instruxit, & patrū nostrorum symbolum tradidit.

Lecta hac definitione in vniuersali Synodo acclamarūt omnes, Apostolorum hæc est fides, hanc sequamur omnes. Habemus aut in his cum ijs quæ antecesserunt consensum pulcherrimum. Vniuersa ecclesia à temporibus apostolorum constantissimè confessa est personam Christi Dei & hominis indiuisam esse, & inseparabilem, rursus tamē nec confusam, nec conuertibilem, adeoq; propter vnionem naturarum differentias non tolli, sed magis vtriusque proprietatem seruari. Quid oro breuius, sed etiam significantius dici potuisset. Quod si proprietates in naturis manent, &

locus

locus ad proprietatem pertinet, vt antea ostēsum est, & postea mox ostendetur, caro certe Christi sic sedet ad dexteram patris, vt interim sit in loco se digno, in ipso cœlo; & non sit ubique. Cæterum ij qui aliter sentiunt quam à concilio secundum doctrinam apostolicam definitum est anathematis percutiuntur fulmine.

In hac Chalcedonen. Synodo maxima fuit Leo episc.
Romanus. in auctoritate epistola Leonis Romani episcopi, scripta contra Nestorium & Eutychem ad Flavianum episcopum Constantinopo. In ea fortissimè propugnat vnionem hypostaticam, & simul integritatem naturarum asserit. inter alia veritatem carnis resuscitati Christi & regnantis in cœlo, iisdem approbat testimonijs quibus omnes alij veteres comprobauerunt, quod videlicet fixuras clauorum ostendit & latus conuulneratum, dixitque, Spiritus carnem & ossa non habet, sicut videtis me habere. Hæc dixit & fecit Dominus, vt cognosceretur, inquit Leo, in eo proprietates diuinæ humanæque naturæ indiuidua permanere: et ita sciremus verbum non hoc esse, quod carnem, vt vnum Dei filium & verbum confitemur & carnem. Cæterum lecta hac Leonis in Synodo epistola, acclamatum est ab omnibus episcopis. Et hæc est fides patrum, hæc est fides apostolorum. Sic credimus omnes.

Theodore
tus episco-
pus Cyri.

Beatus quoque Theodoretus Cyri episco-

REPETITIO ET DILVCID.

pus huic Synodo interfuit, eidemque subscribens & Nestorium & Eutychem damnauit. Idem contra hæreses & maximè contra Eutychianos tres edidit Dialogos, vt pijsimos & cum doctrina fideque ecclesiæ apostolica congruentes, ita doctiss. Tractat in his mysterium incarnationis dominicæ & vnionis hypostaticæ, ostendens in Dialogo Inconfusus, primo quidem prophetarum apostolorumque testimonijs, deinde verò ex vnanimi consensu vetustatis vel omnium patrum consensu, naturas in Christo domino, diuinam & humanam, in vna Christi persona sic esse coniunctas, vt vtraque integra maneat in sua proprietate, & adeo quidem integra, vt caro Christi cum verbo vnita, & in cælos euecta, & ad dexteram patris sedens, circumscriptionem suam formam & figuram corporisq; substantiam retineat.

Negarunt Eutychiani corpus domini in cælo esse circumscriptum.

Inter alia enim disputans contra Eutychianos, negantes corpus Christi in gloria retinere circumscriptionem corporis priorem, Si, inquit, post resurrectionem dominus manifestaque & pedes suis ostendit discipulis, ac dixit, Palpate me & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut videtis me habere: manifestum ergo etiam post resurrectionem natura corporis, & non mutata est in aliam substantiam. Et post verba aliquot, Ergo manet quidem natura, inquit, mutatur autem quod est eius corruptibile

ruptibile in incorruptionem, & immortale in immortalitatem. Sic autem consideremus, Quod est infirmum corpus, & quod sanum, ex æquo corpus appellamus? ER. Ita est OR. Quamobrem? ER. Quia utrunq; est eiusdem substantiæ particeps. OR. Atqui videmus in ijs multam differentiam. Hoc est enim sanum integrum & illæsum: illud autē vel effossum oculum, vel crus saucium, vel aliam aliquam grauissimam habet affectionem. ER. Sed circa eandem substantiam versatur utrunque & sanitas & infirmitas. OR. Corpus ergo substantia vocandum, morbus autem est substantiæ accidens. ER. Vtique. Nam hæc quidem corpori & accidunt & recedunt. OR. Corruptio nem ergo interitum & mortem accidentia, et non substantias nominare conuenit. Eueniūt enim & recedunt. ER. Conuenit. OR. Ergo etiam hominum corpora resurgētia quidem à corruptione & interitu & mortalitate liberantur, sed tamen propriam naturam non amittunt. ER. Verum. OR. Igitur corpus dominicum surrexit quidem à corruptione & interitu alienum & impatibile & immortale, & diuina gloria glorificatum, & à cœlestibus adoratur potestatibus, corpus tamen est, & habet quam prius habuit circumscriptionē. Et consequentibus aliquot argumentis è scriptura petitis ostēdit Theodoretus corpus domini in cœlis esse circumscriptum & visibile,

Corpus sub
stātiā cir
cūscriptio
nemq; reti
net.

REPETITIO ET DILVCID.

denique verum corpus vocari & esse & manere. Ac postremo hanc disputationem concludens, Illud, inquit corpus (Christi inquam sedens ad dexteram patris) habet priorem quidem formam & figuram, & circumscriptio- nem, & vt semel dicam corporis substantiam: immortale autem post resurrectionem factum est, & potentius quam vt vlla in ipsum cadat corruptio & interitus, sessioneque ad dexteram dignitatum est, & ab omni creatura adoratur, vt quod apelletur corpus naturæ domini. Porro autem ipsum corpus, diuinum corpus nominamus, & viuificum & dominicum docentes non esse commune alicuius hominis, sed domini nostri Iesu Christi, qui est Deus & homo. Hæc ille.

Vigilius
martyr
contra Timo-
theanos
Eutychiani
605.

Cæterum contra Timotheanos & omnes eos, qui se opponebāt concilio Chalcedonen- obiecit se vicissim egregius Christi martyr beatus Vigilius Tridentinus episcopus, scripsit- que 5. libros contra eorum insaniam. Floruit circa finem sæculi quinti. Valuit ille plurimum expedito eloquio & perspicuitate cui- dentiaque dicendi, scripturarum item vsu so- lici & non vulgari peritia, & veterum lectio- ne varia. Testantur hoc libri eius, qui abunde se tuentur contra istorum effrenem & petu- lantem maledicentiam, qui hodie virum san- ctum Dormilium pro Vigilio vocant, nulla alia causa magis, quam quod beatus ecclesiæ doctor,

doctor, apertis verbis, corpus Christi assumptum in cœlum, affirmat esse in loco, & non ubique.

Ille ergo lib. 1. contra Eutychianos, vel Ti-
motheanos, Quis, inquit, sacrilega opinione
imbutus eousque desipiat? Quis in tam abrup-
tum erroris barathrum seipsum iniiciat, ut
filium Dei sine propria sua carne, quam in sa-
cre virginis utero ineffabili societatis permix-
tione ita sibi met adunavit, ut verbum homo
& homo Deus, idemque unus, non mutatis
naturarum generibus fieret, neget hodie sede-
re ad dexteram patris, venturumque iudica-
re viuos & mortuos? cum ipsum Deum dixis-
se non nesciat, Cum venerit filius hominis in
gloria patris sui. Non, ut sæpe diximus, alius
sit filius hominis, alius filius Dei: sed usquea-
deo ostendere voluit nostri generis naturam
per commixtionis individuum unitatem non
fuisse consumptam, ut se etiam in cœlo posi-
tum filium hominis dicat, ut per veri appella-
tionem nominis, veritatem agnoscas naturæ
manentis. Si ergo nunc usque manet verbi in-
temerata natura, manet etiam, quam idem si-
ne sui mutatione suscepit humanitatis illiba-
ta natura, quomodo defenditur hodie una es-
se tantummodo Christi natura? Si nunc est,
profecto igitur ex duab. abolita est una. Que
nam igitur? Si humana, sola est ergo verbi na-
tura, & falsum erit, quia Christus Iesus sic ve-

Christus in
propria sua
carne sedet
ad dexteram
Dei.

REPETITIO ET DILVCID.

Sub finem
libri 1. co-
piose ex
script. ostē-
dit corpus
Christi glo-
riosum, cor-
poris pro-
prietatem
non amitte-
re.

niet quemadmodum visus est ire in cœlum.
Corporeus namque per nostri generis specie
intuentium oculis idem dominus apparebat:
sicut rursus in eadem corporis forma, confu-
gentium oculis in consummatione temporis
se se demonstrabit, &c.

Item in eodem, Et certè verbum Dei, vir-
tus Dei, sapientia Dei, semper apud patrem et
in patre fuit, etiam quando in nobis nobiscū
fuit. Neque enim quando terrena misericor-
diter incoluit, de cœlesti habitatione recessit.
Cum patre enim ubique est totus, pari diuini-
tate, quem nullus continet locus. Plena sunt
quippe omnia filio, nec est aliquis locus diui-
nitatis eius præsentia vacuus. Vnde ergo &
quo se iturum dicit? aut quomodo se ad patrē
perrecturū adserit, à quo sine dubio nunquā
recessit? Sed hoc erat ire ad patrem, & recedere
à nobis, auferre de hoc mundo naturam, quā
susceperat ex nobis. Vides ergo eidem nature
propriū fuisse, vt auferretur & abiret à no-
bis, quæ in fine temporum reddenda est no-
bis, secundum attestantium vocem angelorū,
Hic Iesus qui receptus est à vobis, sic veniet si-
cut eum vidistis euntem in cœlum, &c.

Et lib. 4. Igitur vnus Dei filius idemq; ho-
minis factus filius, habet initium ex natura
carnis suæ, & non habet initium ex natura di-
uinitatis suæ: creatus est per naturam carnis
suæ, & non est creatus per naturam diuinita-
tis

tis suæ: circumferibitur loco per naturam carnis suæ, & loco non capitur per naturam diuinitatis suæ: (Hoc membrum antea verbis his posuit, Est quidem vbiq̃ue secundum naturā diuinitatis suæ, & loco continetur secundum naturā humanitatis suæ) minor est etiam angelis per naturam carnis suæ, & æqualis est patri secundum naturam diuinitatis suæ: mortuus est natura carnis suæ, & non est mortuus natura diuinitatis suæ. Hæc est fides & confessio catholica, quam apostoli tradiderunt, martyres roborauerunt, & fideles nunc vsq; custodiunt, &c.

Videi

En recensuit his beatus Christi martyr fidē apostolicam & catholicam, & in hac manifestē dicit Christum secundum diuinitatem vbiq̃ue esse, secundum humanitatem eundem loco contineri, & vbiq̃ue non esse. Sapientissimē ergo loquutus est beatæ memoriæ Phil. Melancht. qui ad illustris. elect. Palatinū principem scribens, inter alia huius causæ, apertē dixit, vt Transsubstantiationem ita & vbiq̃uitatem corporis Christi, excogitatam esse (non ita pridem) & portentosam, denique vetustati eruditæ ignotam.

Philippus
Melancht.

Eiusdem generis ex sexto seculo testimonia quædam beati Fulgentij, Casiodori, & Gregorij Romani episcopi.

CAPVT XIII.

F 2

REPETITIO ET DILVCID.

S. Fulgen-
tius.

Christus ho-
mo localis.

PAucula his omnibus adijciam testimo-
nia ex seculo sexto, de hac eadem causa, vt
apertiss. ecclesiæ, omnium seculorum in hac
caussa, consensus perspicatur, ac satis fiat pie-
tatem amantibus, veritatemq; ex corde que-
rentibus, & contraria doctrina praua offensis.
Floruit ad principium sexti sæculi circa annu
domini 505. beatus Fulgentius, illustre profes-
cto iubar Aphricanarum ecclesiarum, qui lib.
ad Trasemundum regem 2. sic scriptum reli-
quit, Christus dominus quæ fuerunt verę diui-
nitatis non amisit, & quę sunt verę humanita-
tis accepit, vnus idemque secundum carnem
temporaliter natus, qui secundum diuinitatē
de patre permanet sempiternus: vnus idemque
homo localis ex homine, qui est Deus immen-
sus ex patre: vnus idemque secundum huma-
nam substantiam, absens cælo cum esset in
terra, & derelinquens terrā cū ascēdisset in cæ-
lum, secundum diuinam verò immensam-
que substantiam, nec cælum dimittens, cum
de cælo descendit, nec terram deserens cum ad
cælum ascendit. Quod ipsius domini certissi-
mo potest cognosci sermone, qui vt localem
ostenderet humanitatem suam, dicit discipu-
lis suis, Ascendo ad patrem meum & patrem
vestrum, Deum meum & Deum vestrum. De
Lazaro quoque cum dixisset, Lazarus mortu-
us est, adiunxit dicēs, Et gaudeo propter vos,
vt

vt credatis, quoniā nō eram ibi. Immēsitatem
verō suæ diuinitatis ostendens, discipulis di-
cit, Ecce ego vobiscum sum, omnibus die-
bus vsque ad consummationem sæculi. Quo-
modo autem ascendit in cælum, nisi quia lo-
calis & verus est homo? Aut quomodo adest
fidelibus suis, nisi quia idem immensus & ve-
rus est Deus?

Ascendēdo
in cælum
Christus o-
stendit se lo-
calem ho-
minem.

Item, Istam Christi veram humanitatem,
quæ localis est, vt veram diuinitatē quæ sem-
per immensa est, apostolica quoque doctrina
cernimus intimari. Nam vt Christi veri homi-
nis corpus localiter contineri Paulus mon-
straret apostolus, ait ad Theff. Quoniam con-
uersi estis ad Deū, à simulachris, seruire Deo
vivo & vero, & expectare filium eius de cælis
quem suscitauit à mortuis Iesum, ipsum vti-
que monstrans corporaliter de cælo venturū, Corporali-
ter de cælo
ueniet.
quem corporaliter à mortuis nouerat suscita-
tum. Propterea rursus ait, Nostra autem con-
uersatio in cælis est, vnde etiam saluatorē ex-
pectamus dominum Iesum, &c. Hanc verita-
tem corporis Christi de cælo vēturi, Ioannes
quoque confirmat, dicens, Ecce veniet cū nu-
bibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eū
compunxerunt. In libro quoque Actum A-
postol. sic eius intimatur corporalis ascensus,
Et cum hæc dixisset videntibus illis, eleuatus
est. Et reliqua. Non possent, opinor, clariora
& firmiora abs quoquam perī testimonia in

REPETITIO ET DILUCID.

Cassiodo-
rus.

præsenti causa. Iam verò Cassiodorus vir in scripturis exercitatus. vixisse perhibetur temporibus Theodorychi Ostgotthorum regis, sequentibusque circiter annum domini 550. Reliquit hic nobis doctos in Psalterium commentarios, ac in Psal. 2. Nimis exitiale est, inquit, duas naturas perfectas atque adunatas in Christo non credere PERMANERE, quas tot exemplis voluit de seipsa veritas prædicare. Talis est omnino Dei & hominis connectio, ut utrumque integrum, utrumque permaneat sine aliqua confusione distinctum.

In Psalm. 20. Duas naturas, inquit, in Christo domino salutariter credimus, deitatis & humanitatis, quæ in unam personam per infinita secula incommutabiliter perseverant.

In Psalm. 40. Christus moribundi corporis infirmitate deposita, homo Deus ex duabus et in duabus naturis distinctis atque PERFECTIS, permanet IN GLORIA sempiterna, cuius nomen super omne nomen est, &c.

In Psalm. 138. multis exponit idem author, naturas suis proprietatibus esse distinctas, in una indivisa persona, & hanc esse fidem sanctæ Christi ecclesiæ.

Gregorius;

Porro Gregorius Romanæ ecclesiæ episcopus doctrina sua de Christo ab his quæ dicta sunt nil variavit, sed consensum sanctum retinuit. Vixit sub finem 6. huius seculi. Nam mortuus fertur anno domini 604. Homilia in Euange-
lia

lia 25. Absit, inquit, hoc ab intellectibus nostris, vt personam Dei & Hominis redemptoris nostri Iesu Christi ex duabus personis credamus vnitam. Ex duabus quippe & in duabus hunc naturis existere dicimus, sed ex duabus personis compositum credi, vt nephas, putamus.

Idem Exposit. moralis li. 14. cap. 29. narrat sub Tyberio Constantino, Constantinopoli fuisse episcopum Euticiū, qui scripserit corpus nostrum in illa resurrectionis gloria fore impalpabile, ventis aëreque subtilius. Dominū quidem corpus habuisse, quod ostendit discipulis suis palpabile, sed post confirmata corda palpitantium, omne illud in domino quod palpari potuit in subtilitatem aliquam esse redactum. Ad quē breuibus respondens Gregorius, In illa resurrectionis gloria, inquit, erit corpus nostrum subtile quidem, per effectum spiritalis potentiae, sed palpabile per veritatem naturae. Vnde etiam redemptor noster dubitantibus de sua resurrectione discipulis, ostendit manus & latus, palpanda ossa carnemque praeuit, dicens, Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut videtis me habere. Multis post haec exponit colloquium cum Euticio illo habitum, & quomodo confutavit errorem eius.

Idem explicās verba Iob, (Et in carne mea videbo Deum) Ecce resurrectionem, inquit,

Gregorius
de veritate
corporum
resuscitato-
rum contra
Euticiū.

REPETITIO ET DILVCID.

Cap. 30.

ecce pellem, ecce carnem, apertis fatetur vocibus. Quid ergo remanet vnde possit mens nostra dubitare? Si itaque iste vir sanctus ante effectum resurrectionis dominicæ, reducendâ carnem in integro statu credidit, qui erit reatus nostræ dubitationis, si vera carnis resurrectionis nec post exemplum creditur redemptoris? Si enim post resurrectionem corpus palpabile non erit, perfectio alius surgit quâ moritur: quod dictu nephas est credere, quia ego morior & alius resurgat. Vnde quæso te beate Iob, subiunge quæ sentis, & huius nobis quæstionis scrupulum tolle. Sequitur, Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei, conspecturi sunt, & non alius. Si enim sicut quidam errorum sequaces arbitrantur, post resurrectionem corpus palpabile non erit, sed inuisibilis corporis subtilitas caro vocabitur, quamuis substantia carnis nō sit, profecto alius est qui moritur, & alius qui resurgit. Sed beatus Iob hanc eis sententiā veridica voce destruit, qui ait, Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Nos autem beati Iob fidem sequentes, & redemptoris nostri post resurrectionem corpus palpabile veraciter credentes, fatemur carnem nostram post resurrectionem futuram & eandem & diuersam. Eandem per naturam, diuersam per gloriam. Eandem per veritatem, diuersamque per potentiam. Erit itaque spiritalis, quia & incorruptibi-

raptibilis. Erit palpabilis, quia non amittet
essentiam veracis naturæ, &c.

Possem his addere sæculum septimum, & ex hoc recitare appositissima instituto nostro
testimonia consensus catholici ex Isidoro iu-
niore Hispalen. episcopo, qui floruit anno do-
mini 630. & ex venerabili Beda, qui vixit cir-
ca annum domini 690. Præterea ex Synodo
Hispalen. & Synodo Toletana 4. Quarum il-
la est celebrata anno 634. hæc vero 639. deni-
que ex œcumenica synodo sexta, congregata
anno domini 681. contra Monophysicos vel
Monothelitas, Chalcedonen. concilio contra-
dicentes, & misere ecclesiam Dei vexantes, at-
que conscindentes. Verum illa omnia consen-
tunt cum superioribus, eademque pulcher-
rime consensu cum illis asseuerant atq; profi-
tentur. Durat enim durabitque per omnia
sæcula orthodoxa, illa veritas ac fides catholi-
cusque ecclesiæ Christi consensus. Hic ergo fi-
nem expositioni meæ statuam: qua spero me
strictim & dilucidè satis reperiuisse ac expli-
casse veteris orthodoxæ catholicæque Chri-
sti ecclesiæ, in doctrina prophetica & aposto-
lica consensum catholicum, de inconfusis pro-
prietatibus naturarum Christi domini, in vna
indiuisa persona permanentibus, adeoque de
veritate carnis Christi, ad dexteram Dei
patris, in cælo, sedentis, & non
vbique præsentis.

Sæculi se-
ptimi con-
sensus.

ALTERA PARS

LIBELLI AD-
DITA SUPERIORI
CEV CORONIS APOLOGE-
TICA, QVA PAUCIS PER-

stringitur vltimus ille Ioan Brentij
liber, inscriptus R E-
COGNITIO.



RESPONDI prouocatus super-
riore anno, mense Februario, libro
Ioan. Brentij, De maiestate Chri-
sti, contra D. Pet. Martyrem beate
memoriae & me edito. Hoc itaque anno Re-
sponsioni meae rursus meus ille Arabius tibi-
ten opposuit meis prolixum & acerbissimu
eundemque caliginosissimum librum, quem
ipse appellauit Recognitione, &c. In quo co-
ponendo arbitror ipsum annum hunc propè
integrum consumpsisse. Atqui quo crebrius
& operosius iste crambem illam suam coquit
& recoquit, eo molestiorè pijs omnibus nau-
seam commouet. Ego certè non sine magno
meo tædio, librum istum nebularum vastum
inspexi atq; euolui, & cum aliquid saltem ad
ipsum respondendum putauim, obiter duntaxat

rat perstringendum esse duxi, ne molestiam
 lectori beneuolo cumulare, & bonum tem-
 pus, & lectori & mihi male perderem, maxi-
 me cum inuieto, per Dei gratiam, robore, fir-
 maque perstent adhuc mea illa, quę prius pro-
 duxi in medium. Testabuntur hoc verum esse,
 quotquot librum vtrunque meum cum ad-
 uersarij libro vltimo diligentius contulerint.
 Vnde breuib; his meis annotationibus pio
 lectori me non modo gratificaturum, sed & sa-
 tisfacturum confido.

Ad Excusationem Brentij.

Brentius Excusatione satis frigida, mox ab
 initio libri sui collocata, grauissimam om-
 nium piorum censuram libenter effugeret,
 qua hi concorditer censent, Brentium pec-
 care enormiter, qui libris suis maledicis, tot
 præclaras per orbem ecclesias, hoc ipsum cre-
 dentes profitentesque, quod ipse hostiliter op-
 pugnat, condemnet tam securè & confideter.
 Dicit ergo se dogmatistas tantum, non ipsas
 eorum ecclesias intelligere. Quasi vero artem
 hanc exquisitam non intelligant vel simpli-
 cissimi quique, cernentes inuidiam deriuare
 illum velle, in ministros, & se interim insinua-
 re in fauorem ecclesiarum, quarum tamen fi-
 dem & doctrinam, tantum non conspuat, lace-
 rat, atque petulantissime conculcat. Credant
 excusationibus huiusmodi, qui tales non no-

REPETITIO ET DILVCID.
runt artes. Quantum quidē dogmata nostrarum attinet ecclesiarum, orthodoxa sunt illa, quæ cacadoxa perperam iudicat esse aduersarius. Quare doctores, quos ille contumeliosè nuncupat dogmatistas, oues fidei suæ creditas, recta via ducunt ad salutem, quæ est per fidem sinceram in Christum Iesum dominum nostrum: & oues vocem Christi pastoris sui, per doctrinam ministrorum suorum agnoscētes, vocem Brentij, vt calumniatoris vocē, nō modo non audiunt, sed etiam constantissimè contemnunt.

Ad principium libri.

Nihil sanè opus fuerat pluribus præfari de modestia & immodestia, & quod ipse nec potuerit nec debuerit hanc causam contra me agere vlla cum modestia. Totus enim liber eius hoc aliàs loquitur, & prodigiosum in se est exemplum immodestiæ profusæ. Cui frustra prætexit zelum, non affectatum, sed legitimum, & spiritus vocatiōis profectū. Quis enim non videat in eo se hominis cæcā prodere inuidiam, quod cum euidentia veritatis adactus, primam meæ responsionis partem, Fundamentum firmum, nuncupatam, laudare nonnihil cogitur, diligentissimè tamen caret, ne vlla laudis suæ pars (quam interim nō appetō, nec illius vituperiū curo) ad me transferatur. Nam subiicit, mirum sanè non esse, si summam

summam doctrinae ecclesiasticae, homo ab in-
 eunte ætate, in schola ecclesiæ (mirum est illi
 hic ut alibi non excidisse, in schola Aristo. vel
 gentilis Philosophiæ) versatus, expedire con-
 memorare potuerim, cum in historijs legatur
 Romæ psyracum ita esse doctum ac assuefa-
 ctum, ut symbolum apostolorum disertè po-
 tuerit recitare. Ergo audet aduersarius ille me-
 us, certè nullo Dei spiritu bono doctus, sibi di-
 uinam in cor vel in animum meum sumere cen-
 suram, quæ ille iudicat inanes & sine fide pro-
 fundere voces: cum ego interim, quia credidi
 loquutus sim, Deumque (qui solus nouit corda
 filiorum hominum) inspectorem & testem ha-
 beam, quod non psyttaci instar fidem meam,
 sed integro, per Dei gratiam, corde professus
 sim & profitear etiam adhuc, & professurus
 sim, Deo iuuante, dum spiritus hos rexerit ar-
 tus. Verum ait ille me puris atque simplicibus
 miscere errorum meorum semina, de cælo, de
 loco, &c. Cæterum gratias ago Deo meo, quod
 anhelus ille aduersarius meus, nullos alios mi-
 hi errores potest impingere, quam quos com-
 munes habeo cum vniuersa Christi rectè sen-
 tiente ecclesia. Vnde liquido etiam claret me
 neque in vniuersam Dei ecclesiam doctrina
 mea peccare, quod tamè ille dicit, neque ceu
 aprum Calydonium vineam domini euerte-
 re. Reliqua his cõiuncta huius hominis, quis-
 quis inspexerit propius, videbit apertè viru-

REPETITIO ET DILVCID.

lentis redundare edacissimi liuoris morsibus.
Quos per Dei gratiam tranquilla mente, ceu
impotentis animi eius æstus prætereo atque
contemno.

De ipsa causæ huius controuersia.

Contendit aduersarius vnionem hyposta-
ticam eiusmodi esse, qua diuinitas non
vnam tantum & alteram maiestatis suæ par-
tem, sed omnē suam maiestatem in ipsam Chri-
sti humanitatem, ita enim loquitur, effuder-
it, omniscientiam videlicet, omnipotentiam
omnipræsentiamque: ideoque carnem Chri-
sti per vnionem hypostaticam factam esse om-
nisciam, omnipotentem, omnipræsen-
temque, seu ubiq; diffusam. Nos contra cum
scripturis, & cum vniuersa Christi ecclesia, as-
firmamus & ipsi non partem sanè vllam diui-
nitatis, quæ est impartibilis, sed totam diui-
nam naturam cum humana esse vnitam vel
coniunctam, ita tamen vt humana natura sua
retineat proprietatem, in diuinam non abeat,
vel transeat. Vnio enim hypostatica non est
transfusio naturæ vnus in aliam, vt vna fiat
altera, sed est duarum naturarum inter se diffe-
rentium proprietatibus, in vnā personā con-
sociatio, vnio vel coniunctio. Atq; hic noster
ille, ceu in limine impingit, dum naturas in v-
nitione illa hypostatica, non rectè coniungit,
sed alterā in alterā (quanquā hoc interim stre-
nuæ

Vnio hypo-
statica.

nue verbis neget) transfundit, ideoque alterā naturarum tollit. Humana enim dum omnipræsens fit, infinita utique fit, ac ita finita amplius aut loco circūscripta, id est, humana esse nequit. Neque potest eadem natura simul & finita esse & infinita. Quod ante quoque ex doctrina veterum patuit.

Et quidem priusquam responderem Bren-
tio, præmittere volui simplicem & dilucidam
explicationem de duabus naturis in Christo,
vniōne hypostatica inconfusè & indiuisè cō-
iunctis, allatam quidem illam, non ex meo ce-
rebro arbitrio, sed repetitam ex scripturis
sanctis, & perpetuo orthodoxæ ecclesiæ con-
sensu, ut ita simplex veritatis doctrina inno-
tesceret omnibus. Dum enim aduersarij scripta
hac in re penitus inspicio, deprehendo homi-
nem illum vehementer delectari suis illis in-
uentis, ac novas adeo sibi, de hac causa loquēdi
formas præ quibus illi sorder, quicquid vsquā hac
de re traditum est à sancta pia & docta vetu-
state. Vbi sanè recurrit animo meo Socraticū
illud de Nestorio iudicium, Veterum ille in-
terpretum libros legere dedignabatur, cum
enim naturalem quandam habebat eloquen-
tiam, inflatus propter eam, veteribus non ac-
curatè incumbibat, sed seipsum potiorē om-
nibus iudicabat. Non dubito interim & alias,
quas nunc non omnes commemoro, esse hu-

Quo consi-
lio præmis-
sa sit Dili-
gidior ex-
plicatio &
Repetitio.

REPETITIO ET DILVCID.

ius instituti sui causas, & quod non vult videri in hac causa ne latum quidem, quod dici solet, pilum, discedere velle à doctrina præceptoris ac magistri sui, quem ille vnum pluris facit, quam omnes omnium ætatum doctores orthodoxos.

Copia testimoni-
moniorum
scripturæ.

Ne tamen videatur in hoc suo dogmate hominum potius authoritatem, quam scripturarum sequi veritatem, multa opplet ille folia scripturarum sacrarum testimonijs, quibus apte probet, non partem, sed omnia Dei, Christo homini, data esse, ut inde mox inferat, Itaque necesse est ut ubicunque fuerit diuinitas domini nostri Iesu Christi, ibi habeat etiam secum assumptam humanitatem: ideoque corpus Christi sit ubique perinde ut diuinitas. Quo & testimonia illa scripturarum omnia detorqueat. Quæ imperiti mysterij vnionis hypostaticæ, communicationisque idiomatum videtur quidem, & mouentur copia, non vident autem male illa applicari, neque recta ex eis colligi, sed reuera meros contexti elenchos. Quasi verò non & eadem ratione nos oppugnent Papistæ, qui & ipsi scripturæ loca quidem plurima cumulant, eaque nobis obijciunt, sed interrim male illa adaptando, non recta ex eis concludunt. Repetimus itaque quod paulò antediximus, & in quo causæ huius cardo voluitur, data quidem esse filio hominis non partem quidem, sed omnia diuinæ naturæ à filio Dei.

Dei, id est, in mirabili illa vnione Dei & hominis, connexas esse in vnā personam, duas inter se naturas perfectas integrasq; ita vt personæ Christi vtrunque tribuatur in insit vere, quod naturarum est, naturæ verò hæc nihilominus inter sese nec confundatur nec transfundatur, sed saluè maneāt in suis proprietatib.

Proinde fatemur, verissimum esse Christū per vnitatem personæ omnipræsentem esse, negamus autem per naturæ proprietatē vbiq; esse. Vbicunq; enim Christus est, ibi Deus & homo est, & semper adest corpori suo diuinitas immutabilis, sed nō ideo ibi est secundum humanitatem, vbi est secundum diuinitatem, quod corpus nunquam infinitum fiat, & finitum esse desinat. Alioqui enim verum corpus humanum nō amplius esset corpus humanū, quod secundū naturæ veritatē discernēq; à diuinitate retineret. Ad hunc verò sincere fidei canonem, dicimus in tota hac disputatione semper esse respiciendum & secundum eundem semper esse iudicandum. Addimus his & illud, non ignorasse vetustatem illa scripturarum loca omnia, quæ adducit aduersarius. Sed quis veterū ideo illā ex ijs doctrinam elicuit, quam nobis ille tam liberallyter & securè propinat?

De naturarum proprietatibus.

DE proprietatibus naturarum differens aduersarius, fingit Zuinglianos naturæ

REPETITIO ET DILVCI D.

Locatio
corporis.

nomen confundere, & nunc nomine eius intelligere substantiam rei, nunc accidentia, seu inhaerentia substantiae, &c. Verum vt in alijs multis, ita hac in re iniuriam facit ille nobis: id quod manifestè apparet in priore huius operis parte. Sed locationem corpori ita inferunt, inquit, substantiae corporis, vt sine eius interitu ab ipsa separari non possit: cum tamè corpus Christi in maiestate sua ad dexteram patris, nullo sanè loco sit circumscriptum, & nihilominus veritatem corporis retineat. Ceterum manifestissimum est vnā atq; eandem naturam non posse simul finitam esse & infinitam, ideoque corpus domini si veram corporis proprietatem retinet, manere finitum, ideoque vanissimum esse commentum, quod corpus Christi in cœlis nullo sit loco finitum, nullis circumscriptum finibus vel terminis, & retineat nihilominus corporis veritatem. Quod verò locationem corpori humano ita tribuimus, vt ne à substantia quidem glorificati corporis Christi & membrorum eius remoueamus, aut in glorificatione decidisse dicamus, id quidem facimus non citra rationes euidentes, non sine scripturarum auctoritate, nec discrepamus hac in re à piæ & doctæ vniuersitatis, imò ab ecclesiæ Christi sanctæ vniuersi consensu, quem constanter & religiosè hic sequimur. Id quod pluribus demonstrare nihil opus esse putamus, cum priore huius libelli

belli parte, abundè hoc præstiterimus. Conatus est quidem aduersarius quædam antea & in priore mea responsione adducta argumèta expungere, sed si ea quæ ille attulit, cum his quæ tunc diximus, & nunc repetimus, ac dilucidius explicamus confirmamusque, æquus Lector, inter se contulerit, deprehendet Brentij spongiam esse aridiorè, quam quæ tantillum adductæ à nobis veritatis deleuerit. Et nunc quidem cum extrema tentans, summis in nos viribus hastam illam suam contorquet, quam obsecro illa nec hæret nec ferit? In cœna, inquit, exhibetur corpus Christi essentialiter vel corporaliter omnibus communibus. Cœna autem in multis locorum myriadibus peragitur: ergo in multis locis imò ubique est corpus Christi. Ac ita simul cõstat corpus Christi nullo loco esse finitum vel circumscriptum. Nam vt nihil de eo dicam, quod ille principium petit, sibi que ceu probatum sumit, quod ab ipso adhuc probandum erat, & quod testimonijs veterum, qui rectè de cœna senserunt, abutitur ad suum institutum commostrandum, alij certè dudum ad eius sophisma responderunt, qui dixerunt, Quod in cœna dixit dominus, Accipite edite, Hoc est corpus meum, immensitatem corporis Christi non stabilir. Absidebat enim coram & quidem localiter vero suo corpore Dominus, ut palam ostenderet, in cœna non imaginadam

In cœna est
corpus do-
mini ergo
est ubique.

REPETITIO ET DILUCID.

multilocalitatem, vt sic dicam, carnalem, sed potius veri ac circūscripti corporis tunc quidem in cœna, nunc verò sedētis ad dexteram patris spiritualementer inter fideles communicationem: nec quo ad situm, sed quo ad gratiam & spiritualementer applicationem, præsentiā Christi, in cœna intelligi oportere. Si verò & Brennius ista non crasso & carnali, sed cœlesti vel spirituali ratione intelligenda esse concedit, cur non abruptit funem cōtentionis, & rededit ecclesijs pacē. Dudum enim vidit nos non ē cœlo Christum detrahē, rursus eundem cœna sua non excludere, sed semper hypostatica vnione salua, fateri Christū in cœna esse præsentem, & vera carne sua fideles suos pascere ad vitam æternam, &c. Si autem intelligit per cœlestem modum spiritualementer quidem, sed tamen carnalem, interim nō omnino crassum, sed inedicibilem, quis non videat ipsum non cādide agere, sed verborum ludere præstigijs, ne herbam veritati cedat, ideoq; grauissimam Dei in se iram prouocare?

*De Decreto Conc. Chalcedonen.
& quod personam Christi nec di-
uidamus, nec ex Christo vulga-
rem hominem faciamus.*

Torquet aduersarius & Chalcedon. concilij decretum per confictam alienamque ipsius interpretationem ad suum institutum.
Decree

EXPLICAT. CONSEN. 51

Decretum simpliciter sonat, Manifestatus est dominus noster Iesus Christus in duabus naturis, inconfuse, inconuertibiliter, indiuisse, & inseparabiliter: haudquaquam differentia naturarum propter vnitatem sublata, sed magis vtriusque naturæ in vnam personam & vnam hypostasim concurrentis, proprietate seruata. Hoc Br. interpretatur & ait, Non est hoc intelligendum de proprietatibus accidentalibus, sed tantum de proprietatibus substantialibus, seu de ipsa naturarum substantia. A qua ille semper excludit localitatem ac dimensionem. At vel ex hac vna eius interpretatione discimus, quid tribuendum, sit hac in causa Brentij expositionibus. Existimat ille sibi licere quod libet. Si verò ipsos ecclesiæ doctores, quorum aliqui Chalcedonen. Conc. interfuerunt, & decretum concilij longè rectius intellexerunt, quam Brentius, quomodo vsurparit Concilium vocem Proprietatis, interrogas, respondebunt illi concorditer, Christum incarnatione sua omnes accepisse corporis humani proprietates, tam accidentarias quàm substantiales, sed glorificato corpori accidentarias esse ademptas, at ideo corpori humano nec dimensionem localitatem figuram formam esse abstractam: manere enim in clarificato Christi corpore, vt & in omnibus gloriosis sanctorum corporibus, corporis symmetriam, figuram vel formam & locum vel cir-

Proprietates substantiales non accidentales.

REPETITIO ET DILVCID.

cumscriptionem. Nec est vt repetam hic apertissima superius recitata patrum testimonia. Iam verò deligat quilibet vtrum tutius sit, vterib. ne interpretib. adeoq; quibuscū qui cōcilio Chalced. interfuerunt & contra Euty-
chianos disputarunt, quos condemnauit cōciliū, credere, an interpreti Brétio nuper nato, qui iam non semel deprehensus est lolio vitare & strychnum bibere.

Non diuidimus personam Christi in duos Christos.

Porro frustra ille nos grauare nititur iniquissima sua accusatione, qua impingit nobis, nostra nos doctrina diuidere Christum, & alium quidem facere, qui in cœlis sit duntaxat, non etiam in terris, aliū verò qui in cœlo sit pariter & in terra, deniq; ex Christo nos vulgarem facere hominem, reliquis sanctis parum aut nihil excellentiorem. Ideo enim garulitate admodum profusa proluxaq; confert inter se Christum & S. Petrum, in quo affirmat etiam inueniri duas naturas, & cōrendit, nisi accesserimus ad eius doctrinā, quicquid tandem negemus aut nos explicemus, nihil tamen nos augustius sentire de Christo, quam de sancto quolibet. Etenim sepè iam diximus dicendoque repetiuimus, fateri nos vnum & eundem esse Christum qui secundum diuinitatem ubique est, secundum humanitatem autem in loco aliquo est. Non enim scindimus personā dum naturas diuersim obseruamus. Et humanitas vbi vbi fuerit, semper diuinitas est.

ti est coniuncta, & diuinitas, quæ ubique est, ab humanitate non est auulsa. Vbicunque est grauida mulier (liceat enim balbutire de maximo mysterio, magnisq; componere parua) ibi fœtum sibi coniunctum habet, licet hic nō sit in capite, vel manibus aut pedibus. Fingamus animam esse infinitam, & eandem vt est connexam cum carne finita, quis verò dixerit hominis personam, constitutam anima & corpore, ideo discissam & separatam esse, quod ca- ro non ad omnia extenditur loca, ad quæ per- tingit anima? Aut dicemus ne fideles personā Christi diuidere in duas vel tres Christos, qd' secundum symbolum apostolorum confiten- tes sepultum Christum, adiicimus eundem e- rat descendisse ad inferos? Quis verò dubi- tat eo tempore, quo corpus Christi iacuit in se- pulchro, animam eius non fuisse in corpore eius vel in sepulchro, sed tunc quidem versatā esse apud patres, diuinitatem verò eiusdē fuisse ubique? Quis autem ideo diuisit vnū Chri- stum in tres Christos, vt vnus iacuerit in se- pulchro, secundus fuerit in inferno, tertius verò diffusus fuerit ubiq;? An non duæ in eo manent naturæ discretæ, sed non disiunctæ, vi- delicet ipsa humanitas, quæ anima & corpore perficitur, atque diuinitas, quæ cum ubique sit, nec in sepulchro nec in inferno à corpore Christi fuit separata vel auulsa, adeoq; nun- quam est aut fuit eritq; hypostatica illa vnio

REPETITIO ET DILVCID.

discissa, semper manet coniuncta cum humanitate diuinitas, licet interim illa pro sua natura quam retinet semper perinde vt hæc, non sit vbiq̃ue.

Qui vere
personam
Christi dis-
cendant.

Magis autem diuidunt imò & lacerat Christum qui ita de assumpta loquuntur humanitate, vt naturæ eius integritas, tota non reperitur amplius in persona Christi, quæ gemina esse debet, vt cum fingitur Christus non amplius finitus, sed totus esse infinitus & incircumscriptus extra & supra omnia loca adeoque in nullo loco, sed in humana natura vbiq̃. Non abs re itaque reuerendiss. pijs. atq; doctiss. viri inclytæ Heydelbergen. scholæ theologi scripserunt noua hac doctrina vbiquaria, ex Christo fingi hominem planè Eutychianicū, &c.

Collatio
Christi &
Petri.

Prophana autem sunt & peruicacis contentionis lustra, quæ ille noster contextit de Christo & de Petro duas habente etiam naturas & propè Deo & homine. Huiusmodi gryphis & irreligiosis subtilitatibus implicatur & vilerantur conscientie simpliciorum. Ac quid obsecro istis opus est in ecclesia apud Christi fideles? Loquitur ipsa religionis nostræ simplicitas, longè alia ratione Deum esse in sanctis per spiritum suum & gratiam suam, & alia ratione esse in Christo. Quinimo in omnibus creaturis, nihil prorsus simile tanto inuenias mysterio. Deus enim singulari & mirabili, hypostatica vtiq̃ue vnione, sibi adunijit
ac

ac coniunxit hominem vinculo perpetuo & nunquam in sempiterna sæcula rumpendo. Non competit mysterium tantum, vlli homini in terris. Cesset itaque collatio. Non negabunt, opinor, aduersarij, Christi carnem ante ascensionem in cælum & glorificationem, nõ fuisse vbiq̃ue, vt diuinam. Ergo ne dicet Christum tunc quoque, non aliter duas habuisse naturas, quam Petrum, & tum quoque non amplius Deum quam Petrum fuisse? Præterea si aduersarius non potest inuenire verum & proprium discrimen, & specificam, vt ipse ait, differentiam, nisi vbiuitatem corporis Christi statuatur, qui sit obsecro, quod eandem vbiuitatem, ex Hieronymi sententia, & sanctis tribuat, illo dicente, Si agnus vbiq̃ue est, ergo qui cum agno sunt, vbiq̃ue credendi sunt. Ergo ne sancti, qui cum Christo vbiuitate participant, & hypostaticam vnionem cum ipso communem habet? & ipsi Dij sunt & homines? Nec potest dicere, Christus per se, sancti per ipsum vel per alium. Quia tam Christus, sicut dicit, quam sancti vbiq̃ue sunt virtute diuina. Sed omisis his perplexis anfractibus, teneamus simplicem confessionem fidei orthodoxæ, iam sæpius repetitam, solū Christum vtramq̃ue habere naturam & esse hunc verum Deum & hominem verum, secundum diuinitatem vbiq̃ue, secundum humanitatem autem in loco.

REPETITIO ET DILVCID.

De clausis ianuis.

QVod in Responsione mea vltima dixeram, demirari me, non supputere Brentium, ineptiarum vel nugarum, dum pro vbiquitate sua astruenda audet proferre clausas in euangelio ianuas, per quas tamen Christus corpore suo vero nihilominus penetraverit. Vnde consequens sit corpus humanum posse salua sua substantia consistere, eisdem loco nō circumscribatur, &c. Hic verō ille tantum non quiritatur ō tēpora ō mores, ō cœlum ō terra, cum reuera cœlo loquatur & terræ. Quid enim ait? Ideo ne pluribus aut omnibus in locis est corpus Christi verum, quia semel per miraculum intrauit per ianuas clausas? Et si semel penetrauit per clausas ianuas, an ideo sequitur, nunc ipsum eius corpus verum non esse in loco? Non dissimulaui miraculum, citans hac de re testimonia patrum. Cur ergo scribit me nullum honorem habere veritati & antiquitati? An non verbis veterum vtens apertè dixi, creaturam celsisse suo creatori, ianuā utiq; Christo domino. Quod si celsit, quid oro probauit suis illis clausis ianuis. Ergo qđ inter alia illa sua sesquipedalia verba dicit, Quid ergo tu ausu tam temerario insultas ecclesiæ? Quid vana nobis commentata aduersus vniuersas penē ecclesiæ sententiā obtrudis? non in me quidem illa, sed in ipsum aucto-

Creatura
exdit suo
creatori.

EXPLICAT. CONSEN. 54

authorem competere testabuntur, quotquot veterum & Brentij de locabilitate & ubiquitate sententiam inter sese contulerunt. Sibi ergo ipsi nō mihi, tragici illis suis exaggerationib. insultat. Ego enim vt potentiam Dei in Christo ad discipulos ingressu, quoquo modo operata sit, non prorsus abnego, ita per omnia veterum in causa locabilis Christi corporis sententiam sequor, aduersarius hanc oppugnat & tantum non, quantum in ipso quidem est, in cœnum proculcat.

De regula qua id dicitur fieri quod manifestius incipit fieri.

Exultat gesticque Brentius ac torus prope modum effunditur rumpiturque cachinnis, quod Bullingerum manifestè, vt putat deprehendit petulanter fœde & imperite, insultasse regulæ suæ, qua in scriptura id fieri dicitur, quod manifestius fieri incipit, quam tamen ille possit referre ad vsque Lombardum (authorem nimirū illum, quē ipsemet Brent. nuper vnā cum cœlo empyreo tantum nō ad infernum vsque tartarum præcipitem proturbauit) quā denique possit & Augustini robore testimonio. Cæterum mirum est sanè, an Brentio etiam placeat Lomb. 22. dist. lib. 3. docens Christum secundum personam ubique esse, secundum naturam humanam non item. Mirum est denique num & Augustinus ea re

Petrus Lombardus.

REPETITIO ET DILUTIO.

Tertu. Nec
ipse Chri-
stus glorifi-
catus est an-
te passionē
De resurr.
carnis.

gula ita sit vsus, vt nunc ea vtitur Brentius, &
an hoc ipsum senserit, quod Brentius illa regu-
la probare voluit, filium hominis non à resur-
rectione & ascensione demum, sed antea quo-
que in vtero matris esse exaltatum & glorifi-
catum. Hoc cum ægrè commonstrauerit, pa-
rum sanè peccaui, qui dixi illum illustres duos
locos scripturæ, Ioan. 7. & Philipp. 2. confictos
obscurare regula, apparet item ipsum in im-
modico illo suo gaudio inani spe delusum fu-
isse somnioq; beatum.

De vbiq; & vbiquitate.

Crassa &
corporalis
vbiquitas.

IN eo autem de quo maximæ cōtrouertitur,
quid significetur per vbiq; & quid illa sit,
de qua disputatur, vbiquitas? non potest se ade-
uersarius expedite explicare. Hæret enim in-
luto, & suam sententiam sic effert, vt videatur
nescire quid dicat, aut de quib. asseueret. Quia
sanè re, ipsam causam suam non modice suspi-
citam reddit imo & enervat. Ego verò, inquies,
non statuo vbiquitatem crassam ac corpoream
in omnia loca corporali modo diffusam,
& vt alibi dicit, omnia implentem, sed ineffa-
bilem illam coniunctionem & vnionem, vt
cum dicimus Christi humanitatem esse vbi-
q; non aliud intelligamus, quàm eam assumpti-
onem, &c. Quid verò est tergiuersari, suffu-
gia latibulaq; quærere, sese implicare, & quid
dicat

EXPLICAT. GONSEN. 55

dicat ignorare, denique simplices circumage-
re, & quod dici solet, naribus trahere, si hoc nō
est? Non crassam, inquit ille, non corpoream
statuo vbiuitatem, corporali videlicet modo
ad omnia se diffundentem aut omnia imple-
tem. Sic enim ille se & sua explicat. At omnib.
manifestum est, corpus quod modo ma-
net corpus & implet loca, non aliter implere
loca, quam ad ea se extendendo. Ac probè me-
minisse oportet in hac dissertatione quæstio-
nē esse de vera carne, de vero & humano cor-
pore adeoq; de vera humanitate Christi, quæ
membris membrorumque symmetria, suis
lineamentis, & sua forma cōstat, Quod si hæc
caro & hoc corpus domini crasso & corpora-
li modo vbiq; non est, rogamus vt modum
illum suum nobis edisserat. Si respōdet, quod
facit, modum hic nullum alium esse, quam v-
nionem hypostaticam, quis non videat inter-
rogatum ipsum de quasillo, vt loquitur vul-
gus, respondere de gyrgillo. Statum insidiosē
transponit. Non quæritur, An caro cum ver-
bo coaluerit in vnam hypostasim? Satis hoc
constat, Fatemur omnes, & concordibus voci-
bus clamamus, Verbum caro factum est. Hoc
potius quæritur, An assumpta illa humana ca-
ro, nostræ, per omnia, excepto peccato, simi-
lis, propter illam assumptionem, quæ vnita est
cum verbo, iam sit vbiq; sic vt verbum, vt
interim nihilominus vera caro maneat, ideo-

REPETITIO ET DILUCID.

que ut vera caro sit ubique? Hoc queritur. Ad hoc fuerat respondendum. Vbi que autem esse hic non significat, quod dicis, incarnatum esse, sed id quod incarnatum est omnibus in locis esse, & per omnia se extendere. Ac pugnant quodammodo hæc inter se, incarnari, & esse ubique, tantum abest ut ubiquitas possit esse incarnatio aut unio verbi cum carne. Sed ad rem, Si iam corpus domini crasso, ut ait Brentius, corporali que modo, ubique non est, subtile certe vel spirituali, vel angelico, aut certe diuino modo omnipræsens vel ubique sit oportet. Non potest autem corpus humanum quod veritatem modo corporis retinet, ubique esse ratione subtili vel spirituali: eo quod spiritus carnem & ossa non habeat, sicut ipse pronunciauit dominus. Nec poterit esse ubique angelico more, cum quod ne angeli quidem ipsi sunt ubique, tum quod apostolus aperte abrahæ assumit, sed semet Abrahamæ assumit. Restat itaque cum sola diuina natura sit ubique, corpus domini, si est ubique modo diuino esse ubique. Porro de diuina ubiquitate religiosè sic scriptum reliquit beatus Augustinus, Quando Deus dicitur ubique diffusus, carnali resistendum est cogitationi & mens à corporis sensibus auocanda, ne quasi spaciola magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi. Cum his beati Augustini verbis, quando probè quadrèt Brentij verba, corp

Qualis diuina & non corporalis aut crassa ubiquitas.

pus Christi non crasso & corporali modo ubique esse, consequens est omnino quod verè & propriissime diuina ratione ubiq; sit præsens. Id si verum est, consequens & quidē necessarium erit & hoc, corpus domini in vnione illa hypostatica, desijisse finitum esse, ac totum iam esse factum infinitum, eaque ratione spoliatum esse sua illa proprietate, transijssæque in alteram diuersam à se naturam. Nam Dei natura, naturæuē diuinæ proprietates est, esse infinitum, nullisue terminis circumscriptum, sicuti creaturæ proprietates est, esse finitum & suis terminis limitatum. Cæterum hoc modo & hac Brentiana vbiquitatis suæ explanatione, relinquitur nobis Christus, sedens ad dexteram patris, non duabus amplius conuersans naturis, sed dissipata vnione hypostatica, vnā duntaxat infinitam habens naturā. Atqui tantum beneficiū debemus acceptum ferre Brentianę vbiquitati non corporali neque crassæ. Si iā exilit, ille quod facit, & opē negotium esse cum virulenta excetra, & cum scorpionibus venenatissimis, deniq; cum homine effronte cum sophista, omniumq; mortalium nequissimo (his enim emblematis libenter liberaliter & perferquēter me, pro sua modestia munificentiaque ornat) confiteatur ille simpliciter, quod synceræ & Christianæ fidei est, desinat implicare noua alystara lo-

REPETITIO ET DILVCID.

qui, loquatur autem clara sibi congruentia antiqua & orthodoxa, Christum videlicet dominum nostrum in vera carne sua sedere ad dexteram patris, manereq; in ipso veritatem carnis suae, semel assumptae, ideoq; Christum secundum veritatem humanae naturae finitum & in caelo, non ubique esse, qui tamen secundum suam diuinam maiestatem infinitus & ubiq; est. Ita verò orthodoxe cōfitebitur Christum dominum nostrum, cuius diuinam maiestatem non ita oportet predicare, vt interim humanae naturae egestatem vel abolitionem inducamus.

Quomodo
uratur scri-
ptura uoca-
bulo ubiq;

Qui simpliciter clarè & sine dolo malo loquuntur de ubique & de ubiquitate, docet vocabulum ubiq; alia ratione tribui Deo, alia ratione creaturis vel hominum actionibus. Solomon enim dicit ubique esse brachium domini, quod in caelo pariter & terra virtus Dei reluceat, omniaq; etiam sine corporalis crassae extensione brachij sustentet. Et haec ubiquitas duntaxat diuinæ competit naturae, adeoq; & Christo, secundum diuinam naturam & spiritui sancto qui & ipse cū patre & filio Deus verus est. Rursus legitur de apostolis, quod egressi prædicarunt euangelium ubique, non quidem in caelo etiam, sed per omnia terrarum loca, per quae Christus ipsos prædicare iussit. Et haec ubiquitas longè alia est, quam ea de qua antea diximus: immensa enim non est. Ita

Ita dixit apostolus se ubique, per omnes in-
quam ecclesias eadem tradere doctrinam. Sic
in Actis apostolorum legimus ubique contra
dici doctrinæ euangelicæ. Et quidem secun-
dum hanc quoq; significationē corpus Chri-
sti simul & semel non fuit in diuersis, nedum
in omnibus locis, hoc est, ubique, qui tamen
ubiq; per omnem Galilæam & Iudæam præ-
dicauit. Et hanc puto simplicissimam esse ex-
plicationem vocabuli ubique. Non inuideo
alijs si perspicaciora adferant.

Quādo verò Brent. omnino differere vult
de vbiuitate, vtinam placeret ei alia rationē
de ipsa differere, vnde ad ecclesiā vberior fru-
ctus promanaret. Nam ita diceret, Vbiq; gen-
tio in ecclesia ingrauescūt morbi varij et mul-
ti. Vbiq; enim ingrauescit fastus & superbia,
ubiūque ingrauescit auaritia & vsura, vbiq; in-
grauescit blasphemia calumnia & spurcilo-
quia, vbiq; ingrauescit ebrietas & crapu-
la, vbiq; ingrauescit luxuria libido & incestus,
& inuidia. Res itaque poscit vt vbiq; ab om-
nibus imprimis verò ministris ecclesiæ cogi-
tetur de medicina. Ideoq; omissis curiosis no-
ticijsque de vbiuitate corporis Christi ad dex-
teram patris altercationibus, in hoc ero totus,
vt consilio & auxilio iuuem omnes vbiq; ec-
clesiæ ministros fideles, quo corpus Christi,
quod vbiq; gentium est (ecclesia enim quæ

REPETITIO ET DILVCID.

corpus Christi in scriptura nuncupatur, ad fructus usque terrae diffunditur) ab huiusmodi morbis ingrauescentibus doctrina innocentiae & sanctimoniae curetur. Hoc enim bonum & acceptum est coram Deo seruatore nostro qui scdam illam abominatur impuritatem morum in ecclesia, &c.

De resurrectione corporum & natura corporum clarificatorum.

Ioan. 11.
1. Cor. 15.
Philipp. 3.
2. Thess. 4.

HVC maxime pertinet & dissertatio de Resurrectione corporum, & natura corporum clarificatorum. Adduxeram enim ultima mea responsione pro confirmatione fidei & doctrinae nostrae de circumscripso corpore Christi in caelis, piam & elegantem S. Hieronymi disputationem, de vera corporum nostrorum resurrectione. Nam si Christus est resurrectio nostra, resurrexit autem, sicut testatur scriptura, vera sua carne, resurgemus itaque & nos vera nostra carne: & cum finita erunt corpora nostra, certe infinitum nunquam erit corpus domini gloriosum: id quod diligenter disputatione sua tractauit S. Hieron. Insuauis ea fuit plurimum, ut apparet, aduersario, qui contra illam concoquens, longos me ex Hieronymo quiratur concionari logos, ipsique simul diabolicum infigere morsum, utpote qui in ipsum conferre coner suspicionem peruersae fidei, quasi ipse resurrectionis, quae summa est aeternae

EXPLICAT. CONSEN. 58

æternæ nostræ salutis, vanum tantum & inane nomen iactet, reuera autem mortuorum resurrectionem futuram non credat. Profiteatur ergo se veram carnis resurrectionem credere, & vrget me, vt dicam, quænam ipse proferat, per quæ veritas rediuiui corporis vocetur in dubium. Dicam ergo breuibus. Inge-
dum quidem fateor veritatem illum profiteri, Christum dominum in resurrectione verum suum retinere corpus, nec vnquam fieri, aut mutari in spiritum, vel in substantiam spirituales, vel angelicam, sed nec nostra corpora in resurrectione fieri spiritus, seu angelos, sed *iohannis*, id est, æquales angelis. Orthodoxa reuera est illa confessio. nec quicquam in illa requirerem, si ei non alia subiungeret, plurimum illam (quod nollem) obscurantia simplicitatem. Proinde sicut Ioan. Hie-
rosol. episcopus & alij eius similes, & ipsi plarum nostrorum cõfessionem edebant, eidem tamen miscebant quædam, quibus iterum veritatem corporum reddebant suspectam: ita quæ veritatem corporum nõ illustrant ac ple-
nè exprimunt, sed implicant potius atq; ob-
secrant. Origeniani enim referente Hiero. dicebant, Aliud nobis, & quidem spiritale & æ-
thereum promittitur corpus, quod nec tactui subiaceret, nec oculis cernitur, nec pondere præ-

Corporis
non carnis
ueræ reflex-
ratio.

REPETITIO ET DILVCID.

grauatur. Nec dissimulat dominus aëri corporis & spiritalis naturam, dum ad suos claustris ingreditur ianuis. Hæc illi. Ab his autem non video differre plurimum, quæ reddidit nobis noster aduersarius. Habebit illud corpus, inquit, cū sua substantia dotes spiritus. Quod et ipsum rectè dixit. Sed sequitur. Penetrat hoc corpus sine ullo obstaculo per ligna & lapides, per ferrum & chalybem, quorum tamē nihil attingit. Ita etiam glorificabitur in resurrectione corpus humanum. Sed & in resurrectione dicimur habituri non solum corpus spirituale, sed & gloriosum. Illa autem est vera gloria eaque cœlestis, nullo, concludi loco, sed liberum absque omni coërtione loci esse, sed in summa felicitate esse, absque omni vel loci vel aliarum rerum mutatione. Nec tantū gloriosum habebimus corpus, sed erimus æquales angelis Dei. Num angelus mouetur de loco in locum? Absit. Non enim est in loco, nec natura sua indiget loco. Ergo nec nos erimus in loco, nec mouebimur de loco in locū. Hæc omnia Brentij verba sunt: quibus sanè sicuti quondam etiam factum diximus, constet fiat corpus nimis subtile, alienū à veri corporis natura, utpote penetrans omnia, inuisibile, impalpabile, illocabile nullisque limitari terminis, & prorsus angelicum. Et de Angelis quoque longè aliter sentit & loquitur, quā senserint scripserintque prisce patres. Ex quibus cum

Ordine &
uoluntate,
& libere,
nulla autē
coërtione
aut mole-
stia loco cō-
tinentur.

cum copiose satis priore huius opusculi parte
sententiam ecclesię ex scripturis orthodoxam
per certa recitarim testimonia : illa ipsa hisce
Brentianis oppono : quibus sanè non valuit
quod euincere voluit.

Adijciam istis vnum & alterum duntaxat Primum si-
cut angeli
Dei.
testimonium, ex illis ipsis scriptoribus priscis
de verbis Domini, Erunt sicut angeli Dei, id-
que hac potissimum de causa, quod aduersa-
rius sæpius repetat illud *ἰσχυρίους*. Nam quod
inter alia obiter mihi locum Hieronymi ob-
ijcit contra Vigilantium, respondi ad ipsum
in primo illo meo libello, de cœlestibus man-
sionib. in verba domini, In domo patris mei.
Nec in præsentī dicere volo, quod nonnulli il-
lum contra Vigilant. locum, deputant inter
nauos Hieron. &c.

Tertull. de Resurr. car. Non dixit, Erunt an-
geli, ne homines negaret: sed tanquam angeli,
vt homines conseruaret. Non abstulit substā-
tiam, cui similitudinem attribuit. Resurgit igi-
tur caro, & quidem omnis, & quidem ipsa, &
quidem integra, &c.

Hieron. contra Ioan. Hierosol. Angelorum
nobis similitudo, inquit, promittitur, id est,
beatitudo illa, in qua sine carne & sexu sunt
angeli, nobis in carne & sexu nostro donabi-
tur. Idem in Præfat. ad 18. lib. Comment. ad Isa-
iam rursus eadem domini verba tractat, & in-
ter alia monet incedendum esse recto tramite,

REPETITIO ET DILVCID.

vt nec ad sinistram, nec ad dexteram declinemus. Esse enim carnales, qui solas diligant carnes. Esse rursus ingratos beneficiorū Dei, qui illud in resurrectione habere detrectent, quod Christus & natus habuit, & resurgēs: qui cum dixerit, Erunt similes angelorum, non absterit corporum veritatem, &c.

August. Retract. lib. 1. cap. 13. & 26. Quod dixi, inquit, angelica corpora, qualia nos speramus habitura, lucidissima atq; ætherea esse credendum est. Si hoc sine membris, quæ nunc habemus, & sine substantia, quamuis incorruptibilis, tamē carnis accipiatur, erratur, &c.

Nunc verò & post tam clara scripturarum vetustatisque testimonia nihil moramur vocēs aduersarij tragicas, neq; malicia ei perueremus quicquam, neq; illum vlla sinistra suspitione prægrauamus. Si enim sincere & ex animo credit vere carnis nostræ, à corruptibilitate tamen prorsus repurgatæ, interim vere humanæ & locabilis in sua membra artusque & formam iustam dispositæ, resurrectionem, apertè & simpliciter profiteatur, aut quod simpliciter professus est, non obscuret iterum appendicibus lubricis, & nihil immisceat quod rectè confessa in dubium vertat aut evertat. Hoc si fecerit, agnoscat proculdubio & domini nostri Iesu Christi corpus gloriosum sedēs ad dexteram patris in cælo, veri humani corporis naturā retinere & non diffundi per omnia.

nia. Hoc si agnoscere noluerit, planius intelliget pius lector ipsum non plene resurrectionē carnis veræ fateri, quam ego verbis assequar.

De Creatura & Schuenkfeldianismo.

Mirum in me feruet & fertur aduersarius mirificosq; hic mihi ludos reddit, quod dixi me non negare Christum exaltatum esse super omnem creaturam, negare verò, quod ille scripsit, humanam Christi naturam euectam esse extra omnes creaturas. Id perinde sonat ac si caro Christi iam extra creaturaru claudat ordinem, desinat esse quod fuit creatura. Nam qui dicit aliquem extra mundum euectum esse, is sanè negat ipsum amplius esse in mundo. Hic dixi sanè negare Christum in gloria esse creaturam, Schuenkfeldicum esse. Et hunc superari ab illo, quod contendat amplius carnem Christi etiam in vtero matris nedū in gloria extra omnem creaturā esse euectam. Hæc ille miris nexat modis. Verum beneres habet. Qui enim mea illa in 14. cap. ult. meæ responsionis legunt, deprehendent nulla causa iusta sic tumultuari meum aduersarium.

Scio alioqui, rectè synceriores theologos commonefecisse, ne temerè simpliciter vel absolutè hanc propositionem accipiamus, Christus est creatura. Proinde satis hac in re, per Dei gratiam, prouidus, contra Arianos negotiis omnibus Christum esse creaturā, rur-

Humana
Christi na-
tura euecta
extra om-
nes creatu-
ras.

Quomodo
Christus
creatura &
non sit crea-
tura.

REPETITIO ET DILVCID.

sus contra illos, qui exaltatam Christi humanitatem Deificat, & proprietate creature, quæ est finitum esse, spoliât, Christum in gloria creaturam esse affirmo. Cuius quidem rei auctoritates ac rationes, & validas & plurimas alij quoque adduxerunt.

Schuenckfeldius.

Addit his aduersarius, falsò & sceleratè me accusat Bullingerus Schuëckfeldianismi, qui semper dixi me substantiales corporis Christi proprietates retinere, & à dogmate Schuenckfeldiano perhibente humanitatè Christi creaturam non esse, abhorrere. Ego verò non video quomodo substantiales corporis Christi proprietates in Christo retineantur, quādo infinita redditur & ubiq; esse dicitur caro domini. Natura humana certè destituta suis lineamentis, sua figura, & suis finibus membrisque, euertitur. Quod si membra & lineamenta formāq; veri humani corporis Christus habet, quis dicet illa esse sine suis finibus? Et si corpus eius finitum est, locabile utique est. Si locabile non est, infinitum est. Creator autem ac creatura finito & infinito, verissimis suis discernuntur finibus proprietatibus ac differentiis. Hæc indubitata, quippe scripturis testimonijsq; vetustatis fulta est veritas, ut utinam gatur aduersarius, & in miros sese contorqueat orbis.

Cæterum quo minus mea vel Brentio, vel alijs sint suspecta, quasi atram in aduersarium relucem

releuem bilem, meraq; & pura (vt ipse ait aduersarius, qui libenter vtitur huiusmodi honestis, verecundis, moderatisque loquutionibus) mendacia proferam, alium testem in medium producam, qui nobis referat sententiam Schuenckfeldij, cui si Brentiana congruat, videbunt omnes, me nihil confinxisse ex affectu, nihilque esse meritum. Scripsit autem ante annos plus minus 23. contra Schuenckfeld. Antilogiam clariss. vir beate memoriae D. Ioachim Vadianus amplissim. Sangallen. vrbis Cos. vir immortalis gloria dignus. Scripsit autem nullo in aduersarium suum abreptus affectu sinistro, sed duntaxat asserendae purae veritatis studio, & modestia summa. Ac inter alia, fol. 125. Contendit Gaspar, inquit, eò translatum esse Christum iuxta carnē, vt homo quidem maneat, sed tamen homo Deus factus, & in Deum assumptus, vt nec sit amplius creatura, nec recte vocari possit. Homo quidē est in gloria verus, sed natura humana in Deum translatus. Vt omnino homo non sit, qualis homo est creatura, sed Deus sit extra omnem creaturae nomenclaturam positus. Hoc ipsum enim quod verbum est in gloria, Christus vel iuxta carnem est per gloriam. Nec igitur creatura est iuxta corpus, nec in loco est, nec loco circumscribitur.

Schuenckfeldius contendit corpus domini in gloria illocabile esse.

D. Ioachim Vadianus contra Schuenckfeldium.

Non est Christus in loco.

Idem fol. 130. Quomodo veniet, ait Vadianus, filius hominis & quidem conspicuo ad-

REPETITIO ET DILVCID.

uentu, si non circumscripto & definibili corpore? August. enim 20. lib. de ciuitate Dei, in ea carne ait venturum ad iudicium, in qua uenerat iudicandus. Et in 24. cap. Matth. Chrysostomus, ita venturum existimat corpore crucifixo, ut nō solum cicatrices, sed ipsam etiam exprobratissimam mortem ostēsurus sit. Similia enim prodit scriptura, Videbunt in quē pupugerunt, Ioan. 19. Apoca. 1. Quæ loca ipse Augustinus & etiam Ambrosius, de conspiciuis vulnerū stigmatibus interpretatur. Stigmata uerò nemo sanus ei corpori aut carni tribuerit, quæ sic spiritalis dicitur, ut ne in loco quidem esse aut contineri possit. Negat enim Gaspar Christum amplius circumscripto corpore esse, ut supra demonstrauimus. Hæc omnia V ad. sunt uerba. Cum his nihil necesse est pluribus conferre Brentiana, & ostēdere quatenus cum illis congruant. Nemo enim iam non uidet, nō melius respōdere Nauson Nauerati, aut quod & ipsum est in prouerbio, non tam ouum ouo esse simile, quam hac in parte Brentiana doctrina est Schuenckfeldianæ. Nam utraq; contendit Christi corpus in gloria circumscriptum & in loco non esse, &c. Absolutum itaque me iam esse ab aduersarij accusatione turpi, falsi inquam, existimo.

Christi corpus non est circumscriptum.

De Omnipotentia Dei, & de Zuinglio atque Luthero.

Rixam

Rixam de Omnipotentia Dei mouet mihi reparatq; aduersarius, verum nulla alia de causa quam ne harena celsisse videatur. Nec alia nunc profert, quam quæ antea profuderat. Proinde non est, quod nunc ei quicquam respondeam. Qui contulerint mea illa in 10. cap. posterioris responsionis meæ scripta, cum ijs quæ ille nunc in sua Recognitione refinxit atq; recoxit, dicent illum non modo lotum, quod dici solet, gustasse, sed cum in regum annum libro isto suo. efformando impsiderit, multa que conatus sit, *laxandus* tamē assiduo cursu, ne vnum quidem processisse cubium.

Omnipotē
tia Dei.

Obiter dixeram Brentium Vatiniano in Zuinglium feruere odio, & quidem nulla de causa iusta, nisi quod fortassis non magnificē satis de Syngrammate Brētij senserit, id nunc ille in sua illa Recognitione, nimium verē à me dictum esse, negando & dissimulando interim, abundantissime cōprobat. Nunc enim non amplius in fermento, quod dicitur, iacet, aut labrum mordet, sed Adria iracundior, attritos nimbos æstus tempestatesq; ante multipuos annos conceptos, iam demū impetuose euoluit atq; effundit, & Zuinglium, ceu in festo Stenizæ, omnigenis conuitijs perfundit, excludens illum ex vera filij Dei ecclesia, quod moderatis ingenijs nunquam, fat scio, probabitur. Garris etiam quædam de no

Zuinglius
misere à
Brentio la-
ceratus.

REPETITIO ET DILVCIQ.

mine Cinglij & Zuinglij, sed hoc Zuinglij in-
quam non Cinglij familiæ & quidem honestæ & antiquæ in Heluetia nomen est Germanicum. Si quis Frentium à ferotia pro Bré-
tio scriberet, videretur etymô vocis Germanicæ nimis affectate atq; adeò odiosè, ex aliena
petere lingua. Vocetur ergo quilibet absq; pra-
uo affectu & peruersione, suo quo appellan-
dus est & nomine & cognomine. Infarcit hic
quoque distichon, de interitu Zuinglij, sub no-
mine clariss. viri D. Phil. Melanch. quo magis,
haud dubiè, viri illius autoritate, Zuingliū
grauet, cum opposito disticho D. Hermanni
Buschij beatæ memoriæ, demonstrare possem
non Philippum, sed alium quendam eius di-
stichi esse authorem, nisi libenter parcerē ma-
nibus, & huiusmodi odiosas altercationes ab-
rumperem. Scimus & persuasissimum habemus
piorum virorum laudem, fore immortalē,
& pressam aliquandiu licet, eluctaturam
tandem, vtut ringantur Erynnis æstibus acti.

Nunc quidē Daulia illa nostra cornix per-
multa contra Zuinglium mortuum, de suo il-
lo Syngrammate cornicatur, quæ viuo nō ob-
iecisset. Sed ingeniosè satis se nunc illū cōtem-
psisse vult videri. Elefantus enim non capit
murem. Ad reliquas eius contra Zuinglium
effusas contumelias non est vt respōdeā, quod
hoc olim sit factum responsione a nobis viue-
re adhuc Luthero data. Fingit in his quidem
æstibus

testibus ille, nullo se in ullius ferri personam odio, irasci ipsum impietati doctrinæ. Sed gratia Deo quod nos nullius hætenus impię doctrinæ conuicit, & quod hic inter alia iconomachiam quoque nobis obijcit, quam omnes pii & docti omnibus sæculis non modo non improbarunt, sed maximopere laudauerunt. Quod si ita illi liber, sit age licet ipse iconomachus et deuote tueatur picturas atque imagūculas. Nos enim dici & esse & quidem citra tumultum malumus iconoclastæ, quam iconomachli & iconoplastæ.

Iconomachia & Iconomachia.

Quam verò maligne peruertit mihi, quod ut quondam muliercula quædam à iudice ebrio ad sobrium prouocauit, ita ego ab irato & furioso Luthero, ad placidum magis & extra contentionem loquentem prouocarim? Tantum ibi non Herculem illum *ἀντίμαχον* inuocat, contra me, in morsu pulicis, tantum non districtum Dei iudicium mihi interminans, duriterque me obiurgans, impię ingræitudinis admissæ, in electum Dei organum, accusat, ut qui perfrecta fronte (has enim ille in me proiecit ampullas) & proiecta temeritate ausus fuerim, virum optime de Christi ecclesia traducere pro furioso homine. Quid enim peccaui? An in vniuersum & simpliciter furiosum esse dixi eum, ad quem ut placidum prouocaui? Libenter alioqui ludit ac versatur ille

D. Lutherus non ita misere lacertatus.

REPETITIO ET DILVCID.

noster, in loco illo sophistico, quem vocant
παρὰ τὸ ἀπὸ τοῦ ἢ μὴ ἀπὸ τοῦ. Aut negare ne audebit
 mines nostri sæculi piè doctos & moderati in
 genij viros, palàm iudicasse Lutherum in con
 tentione sacramentaria modestiæ transiisse
 methas? An negabit ipsos etiam D. Lutheri
 adulescentes, immodestiam hominis excusan
 tes, dixisse palàm, heroica ingenia nò raro cor
 rumpi furore, non poetico quidem illo, sed pla
 nè diuino aut theologico? Ergo nè solus ego
 qui à furioso Luthero prouocatus ad placidum
 expui in cœlum, solusq; scelus admisi nullis
 vnquam piandum victimis? Hic hic autem
 meridiana luce clarius inclarescit, quali in me
 animo Brentius sit affectus, & quam anhelante
 mente, sicubi valeat, in meum inhiat exitium.
 Dominus hunc ei feruorem condonet. Ego
 verò quòd antea sæpè dixi, nunc repero, me
 dona in D. Luthero & multa & magna liben
 ter agnoscere & magnificare, non illi, in mul
 tis vtili ecclesiæ Dei organo, me ingratum esse
 sed & laudem ei iustam liberaliter tribuere, ve
 rum ideo me non omnia eius probare, & ex
 Nescio si æqui iudicij vir amplius quidpiam
 à me possit exigere. Qui ipsum apostolis æ
 quant, & tantum non præferunt, meminisse
 debebant prouerbialis sententiæ *αὐτὸς ὡς ὁ θεός*, &
 reuera eum vituperari, qui nimis effertur lau
 dibus.

Si in præsentī aduersarium exagitare libet
 rec

ret, rogarem sanè, quomodo sententias Luthe-
 rialiquot imò sua ipsius Brentij olim dicta,
 componere queat, cum illis quæ nunc, sub fi-
 nem huius causæ, in sua Recognitione scripta
 reliquit, Non posse crimen papisticæ magicæ
 effugere, qui recitatis in cœna domini verbis,
 Hoc est corpus meum, tribuant vim adducen-
 di corporis Christi, cum credi oporteat, Chri-
 stum corpore suo vere in cœna præsentē esse,
 priusquam verba cœnæ recitentur. Lutherus
 enim ait /im Sermon vom Sacrament / wis-
 der die Schwärmgeister / Wen wir die wort
 sprächend / über das brot vnd wyn / so ist war
 hafftig da / sein leib vnd blut / vnd ist doch ein
 schlächet wort vnd stīm. Et in magna sua Con-
 fess. & aliàs sæpè repetit hoc, d̄z wort bringts
 mit sich. Et ipse met Brentius in suo Syngram-
 mate 19. Verbū ad panem fert, inquit, id quod
 in se continet. Continet autem corpus Christi
 verum corporale. Proinde fert ad panem &
 corpus. Reperuntur illa ipsa 59. Ergo ne illud
 vobis crimen impingemus, quod impingere
 eis ipsemet nos Brentius docuit? Me sanè gra-
 uius Luth. vulnerasset & ineluibili macula de-
 scēdasset, cum ille, sat scio, maluisset vocari fu-
 riosus quam vel Papiſta vel magicus. Sed eri-
 mus clementiores hac in causa, vobis ipsis, iu-
 dico, non enim grauabimus vos illo crimine
 diro, sed tibi Brenti potius gratulamur, qui (si
 recte te intelligimus) nunc propius ad nos ac-

REPETITIO ET DILVCID.
cesseris profecerisq; tātum, vt verbis nō plus,
quam æquum sit, tribuas, oramusq; dominū
tibi benignè concedat, vt in alijs quoque, in
quibus altum heres adhuc, emergas meliusq;
proficias, & idem nobiscum imò cum vniuer
sa Christi ecclesia orthodoxa credas atq; do
ceas.

De Patribus priscae ecclesiae doctoribus.

Patres fa-
ciunt cum
Zuinglia-
nis.

Discrimen
inter patrū
testimonia.

NEgari non potest à viris doctis & iudicio
vrentibus purgato, Patres piæ doctrinæ
vetustatis nobiscum in hac causa facere, quin
mo nos ex nobis ipsis nihil hic confingere,
sed simpliciter ea repetere, quæ ab illis accepimus,
testimonijsq; ipsorum illustribus in
medium deponimus. At audet nihilominus
noster ille, ne victus aut nouum vbiquitatis
dogma, malamque adeo causam suam tueri vi
deatur, nescio quam instituere ex Soticis suis
defensionem, & Augustinum ipsi opponere
Augustino, vt alter locus alterum eneruet ac
que euerrat. Nos verò, vt paucula hæc ad obie
cta eius respōdeamus, diligenter distinguimus
semper ac distinguimus adhuc inter patrū
testimonia. Quibusdā enim illi referunt, quid
ipsi singulariter in controuersia aliqua pro
posita aut in loco aliquo scripturæ intelligen
do, sentiant. In quibus quidem si non per om
nia cum scripturis orthodoxaq; & catholica
fidei confessione consentiant, licet sanè, hoc
ipsis

ipsis quoque iubentibus, ab eis dissentire reuerenterque recedere. Quibusdam verò non tantum referunt quid ipsi duntaxat senserint, sed quæ fuerit ætate ipsorum ex scriptura sancta, vera & apostolica doctrina, catholicaque fidei professio, in orthodoxa & catholica Christi ecclesia. A quibus sanè citra crimen impietatis, & salutis veræ dispendium, recedere, aut ijs reluctari, non licet. Atqui huiusmodi testimonium illud est, quod ex epistola August. ad Dardanum subinde proferimus. Nam in illo exponit, absque ullo verborum inuolucro, quæ nam semper fuerit & adhuc sit vera fidei Christianæ confessio, ab apostolis per vniuersum terrarum orbem propagata.

Iam verò si verum esset, quod noster ille dicit, testimonio August. à se adducto euerri testimonium, quod dedit ad Dardanum, sequeretur sanè, beatum Augustinum euerxisse altero illo suo à Brent. adducto testimonio, regulam fidei ab Augusti la fidei Christianæ. Quod si ita esset, quis non iudicaret mordicus regulam fidei ab Augustino recensitam, esse retinendam, & refugendum esse à posteriore ipsius testimonio? Cæterum si quis utraque inter se testimonia conferat, & communicationem idiomatum in posteriore adhibeat, deprehendet confessionem fidei editam per Augustinum, contradictoria doctrina minime esse euersam.

Hac autem ratione dixi duo illa testimonia

Augustinus
obiectus à
Brentio Aug.
gustinus.

REPETITIO ET DILVCIQ.

beatorum episcoporum Augustini & Vigilii
magna habere momenta, & robora quædam
esse causæ nostræ, nimirum quod illa testetur,
ea quæ nos docemus, contra vbiuitatem
corporis Christi, per vniuersam Christi ortho-
doxam ecclesiam sic esse credita, & quidem se-
cundum, non cōtra scripturas. Nam Augusti-
nus apertè, Fideliter tene Christianam con-
fessionem, &c. Vigilius verò sanctus Christi
martyr dicit, Hæc est fides & confessio catho-
lica, quam apostoli tradiderunt, martyres ro-
borauerūt, & fideles nunc vsq; custodiūt, &c.

Quæ cum illustriss. & inuictissima sint, au-
det tamen nihilominus noster ille rursus sibi
mirificè gratulari, & amplissimas mihi agere
gratias, qui palàm attestatus sim, causæ nostræ
robora (quod maiusculis etiam pinxit literis)
cōstituamus in testimonijs patrum: ita enim
colliquefcere omnibus, nos causam nostram
imponere, non in fundamentum scripturæ ca-
nonicæ, sed in opinionem hominum. At vi-
dent interim palàm omnes, qui modo oculis
sensibusq; vti volunt, miserum sibi rursus tur-
piter imponere, & quod dici solet pyraustæ
gaudere gaudium, quæ dum nimium exultat,
circumuolitat, in lucernā impingit, adustisq;
alis, concidit.

De Ascensione domini in Cælum, & de cælo.
Locum hunc noster ille à criminatione or-
ditur nostraq; manifesta cum iniuria con-

Locus à
crimina-
tione.

tumeliaq; tractat eundem. Rumpi is tantum non videtur præ ira sua nimia, obijciēs Zuinglianis malitiam fingendi, mentiendi, rectè dicta calumniandi, deprauandi, inuertendi, & quid non? quibus insuper addit, sibi iam negotium fore nō cum catechumeno (de me loquens) in schola Christiana, sed cum Luciano in schola Epicurea qui thronum Dei patris collocet in Vtopia. Sed norūt omnes, qui mea legerunt, me nunquam collocasse thronū omnipotentis Dei in Vtopia, sed aduersarij esse calumniam, multa quidem verborum structura studiose adornatam, sed ipsa inani vmbra magis euanidam. Ego ex verbis saluatoris nostri thronum Dei nostri, nō in Vtopia, sed in cælo colloco, Cælū, inquit dominus, est thronus Dei. Viderit aduersarius vbi ipse thronū Dei collocet, qui summis viribus contendit, cælum in quod ascendit Christus, nec locum esse, nec loci quidem nomen.

Vbi sit thronus Dei.
Matth. 5.

Repetit autem in sua ille Recognitione eadem quæ de hac causa antea quoq; attulit, nisi quod nunc profusius utitur copiaverborum, & quod nunc quidem & harena male connexorū, & quod omnia sua nūc vberiore felle perfundit imò inundat. Vnde virus illud libenter nō attingo, ne cōraminer, perstringam duntaxat quædam eius, in reliquis ad priores meas responsiones lectorem relegans.

Ait ille, Conuenit inter nos quod Christus,

REPETITIO ET DILVCID.

Non con-
uenit in hi-
storia Ađo
rum. 1.

Spectaculū

In quo sit
controuer-
sia.

ut Lucas ait, ex monte oliueti in altum sit sub-
latus. Si autem conuenit nobis, cur contendis
ille corpus domini adhuc esse in terris, non di-
cam iam ubique? Non conueniunt sanē hac
inter sese, Corpus ē terris eē sublatū, qđ Luc.
dicit, et nos docēdo, pfitemur, et hoc ipsum cor-
pus domini adhuc eē in terris: qđ Brent. dicit,
Si vere & corporaliter sublatū est ē terris, cer-
tē amplius nō est in terris corporaliter prae-
sens. Hoc si credit ille syncere, cōcessit ad nos,
imō ad veritatē, desinetq; post hac ex ascensio-
ne domini facere spectaculum, ita de ipsa lo-
quēdo, ac si de ludo aliquo vel re ludicra, quae
magis in specie & per simulationem, quam
re ipsa siue per veritatē geratur. Si verō nō cre-
dit, scripturā diuinę nō credit, & cū hac sui ca-
pitis discrimine certat, atq; ita nō conuenit in
ter nos. Præterea si conuenit nobis in historia
euangelica, & apost. cur ille hoc ipsum veluti
negans, omnem hic cōstituit controuersiam?
Dicit enim palām, Hoc queritur, an Christus
sublatus ab oculis suorum, ascenderit ea for-
ma, qua à monte oliueti vsq; ad nubes perue-
nit, à nubibus physico progressu per reliquos
cælos, vsq; ad cælum empyreum peruenierit:
ibiq; corporali modo stet, sedeat, deambulet,
prout ei sit visum, idq; semper eadem forma,
donec ex cælo iterum vsq; ad nubes, in extre-
mo die iudicaturus, physico progressu descen-
dat, & iudicio finito cum sanctis suis reuer-
sur,

tur, ut ibi corporalibus sessionibus, itionibus
reditionibusq; vitam felicē ducat? Addit his,
Hæc illa sunt de quibus controuertitur.

Ergo si in his, ut dicit, inter nos controuer-
titur, quomodo iamiam dixit in his nobis cō-
uenire quæ scribuntur à Luca? Si in his est cō-
trouersia, ergo diuersum ab his ille sentit. An
verò negabit hæc extare manifestissimè te-
stata in scriptura? Testatur hæc certè dominū
lesum ea ipsa forma, qua resurrexit, & qua è
conspectu discipulorum ascendit, in cælum
esse illatum. Non enim alienam à humana fi-
gurâ recepit. Humanam, humanis constātem
lineamentis, retinuit: quam etsi glorificauit,
tamen non expunxit. Diximus antea glorifi-
cationem corpori solido, & quod non est sine
forma, & quidem humana, addere incremen-
tum, non inferre detrimentum. Testatur in-
super scriptura euangelica & apostolica do-
minum corpore suo vero peruenisse, supera-
tis cælis omnibus, in summum cælum. Pauli
enim vox est, Ascendit super omnes cælos.
Eiusdem vox est, Sublimior cælis factus. Ac
idem tamen iterum dicit, Non in manu-
facta ingressus est Christus, sed in ipsum cæ-
lum. Sed & in symbolo apostolorum confite-
mur, Ascendit in cælum. Testatur deniq; scri-
ptura iterum eadem forma rediturum domi-
num è cælo in iudicium, qua ascendit in cæ-
lum. Nam angelorum vox est, Sic veniet, sicut

Explicatio & con-
firmatio no-
stræ senten-
tiæ.

REPETITIO ET DILVCIID.

vel ad quem modum vidistis euntem in cœ-
lum. Prophetæ & euangelistæ vox est, Vide-
bunt quem confixerunt. At constat satis, qua-
lis sit forma confixi, ea utique qua crucifi-
xus resurrexit & ascēdit in cœlum. Iudicio au-
tem finito, testatur rursus scriptura abituros
nos cum domino, ex nubibus, in ipsum cœlū,
ibi que semper cum ipso futuros. Verba sunt
clara, 1. Thess. 4. & 2. Corinth. 5. Si ergo in his
ille dissentit à nobis, non à nobis tantum, sed
& à scriptura sancta dissentit, & falsò dicit cō-
uenire nobis in historia euangelica & apostoli-
ca dominicæ assensionis. Id quod ego dudū
vidi & monui, ille autem videre cæcatus no-
luit, imò nunc quoq; dicit, Nescio quid nuge-
tur Bullingerus, me mihi hanc historie cōsele-
sionem adimere, & mecum pugnare, &c. At
nisi insanire illi libeat, intelligit iā ex his quæ
attuli, quid voluerim, ac scit iam quo spectet.
Si tot & tam euidētia veritatis argumenta
aduersarius pro se haberet, quanta celeritate
ferociaq; candidos equos iungeret currui tri-
umphali? Et tamē breuiiores hic sumus quod
potior pars testimoniorum priore huius libri
parte sit recensita.

An physico
motu ascen-
derit.

Atqui instat ille & rogat, An physico, loca-
li nimirum motu, corpus domini ascenderit
in cœlum & rediturū sit in iudicium? An do-
minus in cœlo sit corporaliter, & in cœlo vel
sedeat vel stet vel ambulet, prout vult? Respō-
det

det scriptura, velit nolit aduersarius, ascendisse dominum in cælum corporaliter, eundem corporaliter descensurum iterum è cælo in iudicium, interim donec veniat in iudicium corpus comprehendi vel manere in cælo. Dicit hoc scriptura: confiretur hoc fides Christiana. Eadem testatur Christum vnà cum sanctis suis in cælo recumbere, sedere, stare, ambulare, & quidem nulla cōstrictum necessitate, sed prout vult libere. Testimonia sunt huius generis plurima. Nec est vt illa quisquam fidei nostræ, vt pudenda exprobret. Non sunt illa ex peccato, nec pertinet ad ignominiam, quæ in alia vita mutatur in gloriam, vt mox dicam significantius, Et ascendere & descendere, motus est sanè localis, respiciens vtriq; locum, vt, quemadmodum & Athanasius dixit, deseratur is locus ex quo ascenditur, perueniaturq; ad eum, ad quem ascēditur. Vocabula illa non sunt inania, inane nobis spectaculum exhibentia, sed significantia nobis rem verā & re ipsa ita gestam, vt dicitur verbis gesta. Vere enim vero corpore suo ascendit Dominus, vere vero suo corpore descendet è cælo, in nubes, ad iudicandum viuos & mortuos. Vnde & Damascenus de orth. fide lib. 4. ca. 1. disertè & secūndum scripturas loquutus, dixit, Sed & ascensio ex terra in cælum, & iterum descensio & aduentus (in iudicium) actiones sunt circūscripti corporis. Et significāter loquimur hic

Astor §.

Ascendere

REPETITIO ET DILVCID.

de corpore Christi & ascensione eius in cœlū corporali. Non ignoramus interim scripturā & Deo attribuere ascensum & descensum, sed sua quadam & longè alia ratione. Ideo illa nō permiscemus.

Creberrimè in hac causā opponit nobis aduersarius physicas rationes, & in his valde sibi placet cum ipse interim sibi permittat docere corpus Christi verum, corporaliter in cœna præsens esse & manducari, rursusq; his adijcere, attamen non ratione physica aut ratione huius sæculi. Quod ipsum si sana interpretatione recipi sineret, confecta esset in hoc dissidio concordia: sed mauult ille propter ~~quorundam~~ suam contendere, ac lucidissimam veritatem horrèdis inuoluere tenebris. Sed ad rem, Nunquam diximus nos absolute locationes, status, situm & sessiones vel physicas, vel planè mundanas forè in gloria illa cœlesti. Fateamur enim dignitatem tantam, quæ obtingit corporibus nostris in glorificatione & eterna felicitate, esse supra naturam & planè cœlestem. Non enim statuimus hic modum mundanum & terrenum, sed corporibus gloriosis proprium, quem si quis spirituales vel cœlestem & gloriosum nūcupet, modo veritatem corporum per hoc non extenuet, non refragabimur. Diximus antea & sæpè repetimus nolle nec posse nos motum & situm hunc gloriosum definire, interim secundum scripturā asse-

An physica
ratione illa
siant.

afferere motus & situs istos congruos esse glo-
 ria cœlesti corporibusq; gloriosis, interim ta-
 men esse motum & situm veri & solidi in glo-
 ria corporis. Et quamuis hæc diligenter incul-
 cauerimus, non pudet tamen aduersarium à
 seipso confictas nobis obtrudere physicas itio-
 nes, recitationes & recubationes crudas, certè
 ut absurditate contamineat nostram doctrinā
 synceram, eamque infamet quasi nuper natā
 absurdam confictamque à nobis. Audiant er-
 go quib. animus restat adhuc curabilis, quid
 olim sancta vetustas hanc ipsa de causa sense-
 rit. August. de ciuit. Dei li. 22. cap. 30. Omnia,
 inquit, membra & viscera incorruptibilis cor-
 poris, quæ nunc videmus per vsus necessita-
 tis varios & motus distributa, quoniam tunc
 non erit necessitas, sed plena, certa, secunda, sem-
 piterna felicitas, proficient laudibus Dei. O-
 mnes quippe illi, de quibus iā sum loquutus,
 qui nunc latent, harmoniæ corporalis nume-
 ri non latebunt, intrinsecus & extrinsecus per
 corporis cuncta dispositi, & cum cæteris rebus
 quæ ibi magnæ atq; mirabiles videbuntur,
 rationales mentes in tanti artificis laudem, ra-
 tionabilis pulchritudinis delectatione succe-
 dent. Qui motus illic talium corporū sint fu-
 turi, temerè definire non audeo, quod excogi-
 tare non valeo: tamen & motus & status sicut
 ipsa species, decens erit, quicumq; erit, vbi qd'
 non decebit non erit. Certè vbi volet spiritus,

REPETITIO ET DILVCIQ.

Vide,

ibi protinus erit corpus, nec volet aliquid spiritus, quod nec spiritum possit decere nec corpus. Et reliqua. Idem August. in libello de fide & symbolo cap. 6. Solet, inquit, quosdā offendere, vel ipsos gentiles vel hæreticos, quod credamus assumptum corpus terrenū in cœlum. Ac gentiles plurimiq; philosophorum argumentis nobiscum agere solent ac dicere, terrenum aliquid in cœlo esse non posse. Non astras enim scripturas non nouerunt, nec sciūt quomodo dictum sit, Seminatur corpus animale surgit corpus spirituale. Non enim ita dictum est, quasi corpus vertatur in spiritum, et spiritus fiat. Quia & nunc corpus nostrum quod animale dicitur, nō in animam versum est & anima factum: Sed spiritale corpus intelligitur, quia ita coaptandum est, ut cœlesti habitationi conueniat, omni fragilitate & habere terrena in cœlestem puritatem & stabilitatem mutata atq; conuersa. Et reliqua. Idem lib. 22. de ciu. Dei cap. 4. pluribus contra philosophos pro fide Christiana ostendit corpora licet terrena (ipsius verba recito) sedibus quāuis cœlestibus, tamen corporeis sublimari. Curiosius nolumus secreta cœlorum scrutari, curiosius ista explicare non possumus, cernere & experiri illa aliquando cum Deo placuerit nos corpore hoc liberare cupimus atq; speramus. Seruet autem sibi Brentius à se confictas illas suas itiones & rediciones.

Rursus

Rursus verò pueriles cogitationes noster ille non tertius iam Cato, sed secundus aliquis Paulus, tertio nobis delapsus cœlo, de rebus cœlestibus, ferendas arbitratur in antiquis patribus, sed in Zuinglianis non ferendas, sed potius detestandas: quod illi communem errorem sint sequuti citra aliorum contumeliam, Zuingliani verò errorem receptum tucantur, & veritatem ab alijs manifestatâ oppugnent. Hinc verò ille lachrymæ, hinc illæ quærelæ, hinc illa indignatio & fulmina, quod illuminatus magister noster inuenit noua cœli mysteria, quibus se opponunt Zuingliani, dedignantibus ubiquarias eius sublimesque & extraneas omnes fines diffluentes de cœlo rebusque cœlestibus definitiones, absque contradictione, recipere, sed malunt inhærere veterum ecclesiæ doctorum puerilibus & anilibus delirijs. Adeo ne verò sibi placet in senilibus illis suis super cœlestibusque inuentis Brentius? an verò ita reueretur sanctâ verustatem? Certè palàm dat ille nobis hac in causa, nos communē habere doctrinam imò errorem cum veteri ecclesia & doctoribus eius, in quibus tamen non approbat pueriles illas de rebus cœlestibus cogitationes, licet interim dissimulandas esse putet. O ergo miseram Christi ecclesiam ab apostolis vsque ad nos deductam, & communis errore sorditam, miseros ecclesiæ doctores, qui hætenus orthodoxorum in numero

Doctrinæ
veterum do-
ctorum de
rebus cœle-
stibus pueri-
lis.

REPETITIO ET DILVCID.

habiti sunt, & tamen cœlestia mysteria non dum rectè intellexerunt, sed puerilibus cogitationibus indulserunt, beatum verò Brentium nostrum, qui solus senili clarus sapientia, primus & solus mysteria cœli vera & obseruari & comperit, erroremque tanto latentem tēpore detexerit. Sed fruatur his ille suis delitijs, per nos licet, illibatis, nos enim vetera malumus ijsq; magis oblectamur.

Regula de
Supra & In
fra.

Luculentum rursus ille inter alia mihi mēdaciū impingit propter Regulam de Supra & Infra, quam ad Augustinum refert. Sed pari mecum in hac agit ingenuitate, qua egit in superiore regula. Ego verò cum sciam, imò omnibus constare arbitrer, Augustinum vocibus sursum & deorsum in causa ascensionis & cœli atq; inferorum longè aliter quā aduersarium esse vsum, libenter ei eius sutelas cedo. Et qđ apost. dixit, Superna quærite vbi Christus est ad dexteram patris, Superna curate non terrestria, libenter concedimus intelligendum esse de vita cœlesti adeoque & spirituali quam fideles in terris, abdicatis aut mortificationis sceleribus, quæ mox longo enumerat catalogo, viuere debent: nihilominus tamen vt apud eundem apost. ad Rom. 6. dicitur, sepultos nos esse in mortem, vt cum ipso resurgamus in nouam vitam, ac intelligitur quidem vitam pijs sanctam esse instituendam moriendumq; moribus pristinis, sed tamē verum est inte-

Superna
quærite.

interim Christum sepultū esse & resurrexisse corporaliter, licet hoc iam applicetur morib. hominum formandis spiritaliter: ita sanè verissimum est & Christum supra in cœlis sedere ad dexterā patris corporaliter, licet inde spiritalis doctrina pijs vtiliter accomoderetur.

Dum autem ille simplicem & scripturæ & Inepta & impexa Brentij de cælo doctrina. vetustatis doctrinam de cælo fastidit, condignum se præmium accipit. Nam quanto diligentius se suaq; de cælo explicare & illustrare conatur, tanto in densiores ineluctabilioresq; sese tenebras præcipitem agit. Id quod experientis aliquot breuiter cōmonstrabo. Quæ Paulus scribit, inquit, de descensu in infimas terræ partes, & de ascensu super omnes cœlos, non intelligenda sunt de humano more ascendendi & descendendi, quo prior locus deseritur & alius occupatur, sed de diuino more, quo ita descenditur & ascenditur, vt omnia tā infima quam suprema occupentur. Hæc ille. Ita ne vero habet hæc res vt dicit? Ergo ascendens Christus in cœlum nō deseruit locum in quo erat, sed simul & inferna & superna occupauit. Hinc hinc tandem intelligimus cur ille perpetuo ex ascensione domini in cœlum, faciat spectaculum. Huiusmodi funambulibus in sublimitatibus illis suis saltantibus ludentibusq; & se & salutem suam credat, quisquis periclitari vult grauissimè.

Rursus idem ille, Constat, ait, non diuersos esse cœlos, alterum quidem ex quo descendit.

REPETITIO ET DILVCID.

Constat item Christum planè ascendisse in illud ipsum cœlum, è quo antea descendit. Vbi verò erat illud cœlū, ex quo descendit, & quomodo in vterum virginis peruenit? Num per scalas? (egregie sanè & religiosissimè hæc tinniunt) an demisit se per funem? &c. Nihil minus. Ergo aliud non relinquitur, quam quod sicut Deus antea præsens erat in vtero virginis, ita secum suum habuerit cœlum, è quo descendit, & in quod hominem quem assumpsit secū ascendere fecit, in eoq; se collocauit. Hæc ille. Quibus mox addit, Epicureis & Lucianis hæc forè ridicula. At nos nihilominus & quidem palàm aduersarij figmentis contradicimus. Nam scriptura & consensus ecclesiæ catholicæ docet nos cœlum Dei sedem, & in quod ascendit dominus noster, supra nos in excelsis esse, non (nisi per figuratam orationē) in vtero virginis, neq; Deum qui de loco ad locum non mouetur, cœlum secum circumferre. Alibi etiam dicit sanctos quoq; suam sedem (mihi est illum non addidisse, vt cochleam suam illam testam) secum circūportare. Huc enim peruenit, vt exponat quæcunq; in buccam veniunt. Eadem quoq; scriptura disertè docet cœlum Dei descendisse de cœlo in vterum virginis cum cœlo nō relicto carnem assumpsit ex vtero virginis, eundemq; Dei & hominis cœlum longè alia ratione ascendisse in cœlum, nimirum cum à monte oliueti eleuatus, deser-

Ascendit
qui descen-
dit.

uit terras in quibus amplius non est corpora-
liter, & corpus suum cœlo, vbi antea non fue-
rat, corporaliter intulit, vbi nunc est eritq; vs-
que ad iudicium.

Et quamuis iam iam dixerit Deum circum-
portare secum cœlum, adeoq; cœlū esse vbiq;, nihilominus quærere incipit, quo peruenierit
Christus postquam exceptus est à nube, & in
quodnam cœlum intrauerit? Quid autem ista
quæstione opus est, si verum est, quod antea
dixit cœlum esse vbiq;? Vbiubi itaq; filius ho-
minis fuerit, in cœlo certè erit: nec vlla ampli-
us ascensione opus habebit. Si autem in cœlū
ascendit dominus, verum esse nō potest, quod
affirmat Brētius cœlum esse vbiq;. Erit enim
locus in quo cœlum non est, ille nimirum, ex
quo ascendit dominus, vt in cœlum, perueniat,
ibi vtiq; situm, quo ascendit.

Postquam autem diu & multum in omnes
se partes flexit atq; reflexit, longisq; ambagi-
bus & intricatis erroribus iactatus est, huc tā-
dem defertur, vt dicat filium ascendendo per-
uenisse ad patrem. De qua re nulla necessita-
te plurima cumulat testimonia. Nemo enim
negat, sed fatemur omnes filium ascendendo
peruenisse ad patrē adeoq; in regiam patris,
in ipsum cœlum. Cæterum hic ne dare coga-
tur ascendendo ipsum in vllum peruenisse lo-
cum, dum ad patrem venit, imò vt lectorē im-
plicet, quæstiones necitit renectitq; & ait, Vbi

REPETITIO ET DILVCID.

est pater? Num in loco aliquo circumscriptus? Nihil minus. Sed ibi est, vbi nos erimus. Si quis verò vltcrius roget, Vbi verò nos erimus? Respõdebit, Vbi pater, &c. Hæc ille. Hic nisi sciremus quantopere exasperetur aduerarius mentione Vtopiæ & Vtis, quis oro prohiberet dicere in ptæsenti vti ipsum Vtidi capcioso conclusionis genere, quod diuersum non est à petitione principij? &c.

Coelum est] quod dicere non possumus.

Deniq; cum multis magna confidentia ista omnia ceu cœlestia nobis exposuisset oracula, tamen ne his quidem suis confidens oraculis, inter alia, Cœlum id est, inquit, quod dicere non possumus. Item, Solum dicere possum quid non sit. Cur ergo nos hactenus logis suis illis logis diuexauit? Cur ab initio protinus hoc ipsum ingenuè non confessus, optimum hoc tempus, quod inutiliter garriendo perdidit, nobis vtiliter tacendo non seruauit? Verò ita ineptè & perplexe illum diuina loqui voluit prouidentia, vt vel hinc pij & curabiles lectores intelligerent refugiendum sibi esse à doctore, qui postquam Archytæ crepitaculum diu & abundè pulsauit, tandem se ignorare fateretur quid dicat aut de quibus asseueret. Hæc aut sunt cœlestia illa mysteria, quæ ad uersarius hic noster vniuerso mūdo ex scriptura, quā subinde crepat, prophetica & apostolica, spretis veterum sententijs, propinat, & degustare imò deuorare nolētes condemnat. Sed

Sed apponit his suis quo plus habeant coloris diuinum pariter & humanum testimonium, Quid inquit, queris quid sit cœlū, vt ascendat in linguam, quod in cor hoīs non ascendit? Rursus autem hoc Isaia & Paulino abutitur testimonio. Nam gaudia quidē cœlestia ineffabilia sunt, sed cœlum in quo perfruemur gaudijs illis absolutissimis & inenarrabilius nihilominus locus est supra nos in excelsis. Adducit præterea locum ex August. in Psalm. 85. Deus ineffabilis est. Facilius dicimus quid nō sit, quā quid sit, Recte sanē. Sed quis nesciat aliam longē esse rationem creatoris, aliam verō creaturæ, neque rectē ex illius natura, ad hanc concludi?

Quæ oculis non videtur,

Quod si tanti facit Augustinum dignetur ab illo discere, quod nescit. Simplicissime ille & apertissime docet, quid sit ire ad Patrem, & quid sit illud, Volo vt vbi ego sum & illi sint mecum, Tract. in Ioan. 102. Exijt, inquit, à patre quia de patre est, & in mundum venit, quia mundo corpus suum ostendit, quod de virgine assumpsit. Reliquit mundum, corporali discessione, perrexit ad patrem hominis ascensione, nec mundum deseruit presentie gubernatione. Hæc minimē scrupulosis & contentiosis ingenijs sola sufficere poterant. Sed idē ille rursus. Tract. 106. Nunc autem ait ad te (ō pater) venio, iururus utique ad dexteram patris: vnde venturus est ad viuos

Simplex doctrina unitatis,

REPETITIO ET DILVCID.

mortuosque iudicandos, presentia itidem cor-
 porali, secundum FIDEI REGVLAM sa-
 namque doctrinā. Et in Tract. iii. in verba, Vo-
 lo ut vbi sum ego & illi sint mecum, In cælo
 ergo nos futuros esse premisit. Illa enim for-
 ma serui leuata est, quam sumpsit ex virgine,
 & ad dexteram patris collocata. Id mox co-
 piose illustrat verbis apostoli ad Ephesios ca-
 pitulo secundo. Et paulo post, Quod verò at-
 tinet ad formam Dei, si secundum eam velle-
 mus intelligere quod dictum est, Volo ut vbi
 ego sum, &c. non inquiratur æqualis patri
 filius vbi sit, quoniam nemo inuenit vbi non
 sit: sed qui vult quærere, quærat potius ut
 cum illo sit, non ubique sicut ille, sed vbi cum
 que esse poterit. Qui enim homini pœnali-
 ter pendenti & salubriter confitenti, ait, Ho-
 die mecum eris in paradyso, secundum id
 quod homo erat, anima eius ipso die futura
 erat in inferno, caro in sepulchro, secundum
 autem id quod Deus erat, utique & in para-
 dyso erat, & ideo latronis anima, quamvis
 ubique sicut ille esse non poterat, tamen i-
 pso etiam die cum illo in paradyso esse pote-
 rat, vnde ille, qui ubique semper est, non re-
 cesserat. Et reliqua. Hæc si Brentio placere
 nec possunt, nec ipsi satisfaciunt. sed pergit
 nihilominus aures à veritate ad fabulas suas
 auertere. misereatur eius clemens & miser-
 cors dominus, reducatque errantē in simplicem
 viam veritatis.

De Inferno.

Manifestatur & in hac parte iudiciū Dei contra Brentium, qui dum nullum inferno credit locum, schuermorum more (licet enim ita mihi loqui) schuermorizar e cogitur per cœlū & per terrā infernūq; cōminisci vel extruere terrestre aëreum atque cœlestem imò vbiquarium, & tamē nescire adhuc vbi sit aut quid sit. Nam ibi est infernus, inquit, vbi est ira Dei. Et rursus, Quid si dicerem in vno eodemque homine aliquoties simul esse & cœlum & infernum, num aliquid absurdum dicerem? Cum Augustinus dixerit diabolo suum secum circumferre infernum. Fortē ut nomades scythæ suas scenas papilionesue secum plauistro circumuehant, Certē si loquitur ille de animi cruciatibus exæstuantibus in hominibus impijs, ac ipsos exagitantibus atque absque intermissione excarnificantibus, per tropum concedimus in hominibus inueniri infernum. Concedimus & diabolo in semetipsis habere infernum. Ego verō illi loquebar de alijs, ipse autem mihi respondet de cepis. Homines qui sic excruciantur iugibus tormentis animi, nondum sunt detrusi ad tartara. Nos autem loquimur de Inferno illo, in quo detrusæ torquentur animæ impiorum à morte corporea, et in quem colligentur tandem & resuscitata impiorum

Inferno nullus locus.

REPETITIO ET DILUCID.

corpora. Concedit & fatetur infernum esse, negat autem locum esse. At si est, alicubi certe sit oportet. Cum ergo ille constanter pergit negare infernum esse locum, quid aliud facit, quam quod Vuitilingius vult esse vitiosus litigator? Merito itaque & hic hæret perplexus, sicuti & in negotio cæli, ut tandem dicat & de inferno, se dicere non posse quid sit, & forte etiam ubi sit. Cur ergo non taceret? Et quis obsecro fructus redit ad ecclesiam Christi, si maxime euincat infernum nullo esse in loco aut locum talem non esse, qualem nos scripturas & sanctam vetustatem sequentes, esse dicimus et affirmamus? Aut quis oro fructus ad ipsum met redit Brentium, si maxime inuenerit in Christi ecclesiam, & multis perscruserit suum illud dogma ἀντιστοιχίας καὶ ἀντιστοιχίας, ut corpus domini sit ubique & in circumscriptum ac illocabile, sancti quoque sint ubique, adeoque & cælum sit ubique, denique & infernus sit ubique, nisi forte ipsi gloriosi in videatur condidisse sectam Aroptistarum vel Polytopistarum, vel Ubiquariorum aut Omnipræsentialium, qui defuncto ipso, dogma hoc eius planè & verè ἀρονος tueantur & per orbem turbas concitando propagent?

Dici non
potest quid
sit infernus.

Secta Aro-
pistarum.

Loeus Nu-
meri 16.

Non desunt hic, ut ubique, homini huius verba, quæ mira loquacitate concinnat atque multiplicat, imprimis autem testimonium Num-

Numeri capite decimo sexto à me adductum, ut vnum ex multis proferam, adeo odiose excitat, & in eo ita se scurrilem præbet, ut videatur etiam suiipsius & maxime senii illius sui, quod toties & tantopere iactat, fuisse oblitus. Cæterum facit in hac historia descendit in infernum, quod facit in historia Christi ascendentis in cælum. Concedit enim historiam, sed eidem corymbos suos annexit scholiaque adiungit, per quæ illa inuolatur, obscura reddatur, imò & reuera eueratur, vel quod dedit rursus negetur. Cuius quidem generis sunt, Descendere viuos in infernum, non est aliud, quam ex improviso à terra deuorari, & interire. Item, Infernus hic non est locus, in quo impij torquentur. Et iterum, Corpora eorum qui in infernum descenderunt, in terris condita, expectant resurrectionem. Item, Augustinus dixit neminem scire in qua mundi parte sit infernus, nisi cui fortè dominus reuelauerit. Et hic rogar quam apocalypsim hac in re habeat Bulfingerus? Addit istis præterea, Infernus non est collocandus in aliqua parte mundi, ne veniat fortè cum mundi conflagratione, conflagret & infernus. Est hoc reuera Theagenis hecateum, metuitque sibi metum inanissimum. Quod si verò in scripturis interpretandis quilibet posthac sibi licere putauerit, quod libet, nullo sanè amplius negotio fin-

REPETITIO ET DILUCID.

genua, quod vulgo dicitur, ex capite humano sportam catinariam vel scutellariam. Interpretationes quas ille adfert, pugnant prorsus cum scripturae verbis, quibus male applicatur. Non negamus beatum Augustinum huius aliquid dixisse alicubi, sed idem ille iam senex, scribens Retractionum libros capite vigesimo quarto libro secundo. De inferis magis, inquit, mihi videor docere debuisse, quod sub terris sint, quam rationem reddere, cur sub terris esse credantur, siue dicantur, quasi non ita sit. Hæc ille. Utinam sic sapere resipereque noster ille, senis Augustini exemplum imitans, qui gloriatur se iam super quadraginta annos veritatem in ministerio. At si hoc causam iuuat, ego quidem excelsam quadragesimum primum annum mei ministerii. Verum hæc res non æstimanda est ex diuturnitate, non ex ætate neque à ministerii diuturnitate, sed ex scripturis diuinis, ex consensu ecclesiæ Christi & ex officio bona fide prestito. Quo si ille annos centum absoluisse in ministerio, non posset tamen probari nimia eius licentia in scripturis detorquendis, & quod nulla necessitate recedit à consensu receptionisq; concordie in ecclesia consensu expositionibus, imò & doctrinis.

Quid sentiendum censuerit beatus Augustinus de inferno, dixi iam nunc. Nec ab ipso dissenserunt qui ætate ipsum antecesserunt, &

EXPLICAT. CONSEN. 37

& locū Numeri capite decimosexto citarunt. Epiphanius enim in Ancorato suo, Ne quis rursus ambigat, inquit, etiam alios in orbem detruxit, vna cum corporibus. Aperuit enim terra os suum & deuorauit Dathan & Abyron filios Chore, & descenderunt in orbem viuentes, corpore & anima. Ex ipsa enim hora in iudicium tradidi sunt, neque corporibus solutis, neque reliquijs traditis, aut parte, sed totis ipsis cu corpore & anima traditis in supplicium. Hæc ille quibus nihil poterat vel fingi clarius & huic negotio & pro nostra causa appositum dici magis.

Epiphanius,
expositio
loci Numo
ri 15.

Hieronymus in quarto capite Pauli ad Ephesios, Quod, ait, infernus in inferiori parte terræ sit, & Psalmista testatur dicens, Aperuit super congregationem Abyron. Et reliqua. Possem & alia huius generis clara in medium proferre: sed satis est consensum me demonstrasse, & quod in hac causa catholica sequor & doceo, nihil autem noui confingo, & pro apostolico, quod meum est, simplicitus rerumque imperitis obtrudo. Noua & vetustati aduersa sunt aduersarij mei figmentum. Ergo dum magnus ille censor ac iudex tribunali conscenso, me quod Ecclesiæ Dei doctrinæ fideique firmiter adhæreo, & noua principis illius Atroistarum figmentis accedere nolo, ex ecclesia Christi eiecit, & inter

Hieronymus.

REPETITIO ET DILVCID.

eu *torat* *an* *is* numerat, qui pœnam luant interitum sempiternum, brutum hoc eius fulmen esse iudico, & adeo nihil mihi metuo, vt ceterò sciam, nunc demum benedici mihi à domino. Cui laus gloria & gratiarum actio sit in secula seculorum.

De Dextera Dei.

COntuli rursus vtrâq; mea scripta de dextera Dei & Christo domino sedente ad dextream Dei, cum Recognitione Brentiana, & inueni, Deo laus sit & gloria, vniuersum hoc negotium in meis perspicuè esse expositum, & scripturæ patrumque testimonijs claris & firmis ita esse communitum, vt frustra tentarit Brentius illa euertere, quæ nec concutere quidem valuit: atque ita deprehendi hac in parte nulla prolixiore mea operosioreque opus esse responsione. Conuenit sanè aduersarius vndiq; quod dicat, & suadet ornet mea que ceu impia infamet. Cæterum non is sum, qui impugnem dogma Christianum, Christum Dominum ascendendo in celum & sedendo ad dexteram patris, transcendisse omnes principatus & potestates & assumptum esse nomen quod est supra omne nomen, hoc totum enim credo confiteor & aperta voce prædico interim tamē affirmo atque contendo, Christum dominum pro veritate

Dextera
Dei.

carnis assumptæ & nunquam depositæ, pro-
 que integritate indiuisæ vnionis hypostati-
 cæ, ipsam exalratam in cœlum, sic sedere ad
 dexteram Dei, vt quamuis dextera Dei, al-
 tera sui significatione, sit vbiq; carnem ta-
 mē Christi in dextera Dei nō esse vbiq; sed in
 cœlo, ac eundē Christum Deum verum & ho-
 minem verum nihilominus cœlum pariter
 implere & terram. Vnde Christum ex solio
 gloriæ suæ non deturbo: videat aduersar. an
 ipse veram Christo carnem tribuat, & vnio-
 nem hypostaticam non dissuat, dum remis-
 & velis contendit, ipsam reddere infinitam
 ac vbiuariam. Cumq; doctrinam meam
 hac de causa communem habeam cum ca-
 tholica et orthodoxa Christi ecclesia, Brentia-
 na nihil moror prorsus, sed relego illum cum
 sua illa disputatione, ad illos, qui dum corni-
 cum oculos configunt, simul suis oculis &
 aliorum terribilissimum puluerem offundunt.

*Ad Brentium eiusq; conuitia &
 publica testimonia.*

CVM per prolixum & impexum illum
 (librum tuū Brenti, quem Recognitionē
 Reclamationem verius inscripsisses) nun-
 cupare libuit, omnes propè paginas asperse-
 ris contumelijs atque conuitijs, sub finem ta-

Ad conui-
 tia aduersa-
 rij.

REPETITIO ET DILUClO.

men libri, tui ipsius omnisque etiam vul-
garis modestiæ, vt ne quid aliud dicam, ob-
litus, furioso sanè cursu ruis in portum. Clama-
mas nos habere dogmata diabolica, et impie-
tis plena, redundare omnia nostra deprava-
tionibus strophis atque calumnijs. Clamas
errorem nostrum de cœna dominica non esse
leuem aut simplicem, sed errorem, pro sua
fecunditate, alios atque alios magis sacrile-
gos, secum trahere. Clamas sathanâ (cuius con-
silia scelerata machinationesque adhuc rectas
tibi perspectissimæ sint) per nos sibi viam
præstruere ad omnes iniquitates. Tamec-
nim nondum profiteamur impietate, adhuc
tectam atque velatam, breui tamen futurum,
vt reducat in ecclesiam hæresis Nestorij, ne-
getur item caro domini esse viuifica, spolie-
tur dein Christus maiestate adorandi & in-
nocandi, redigaturque tandem in ordinem
vulgarium hominum, tollatur denique è me-
dio Dei omnipotentia, adeoque nihil maneat
at reliquum, de articulis nostræ religionis &
veræ salutis, sed inducatur in ecclesiam Eche-
nicismus, Thalmudismus, & Mahumetis-
mus. Habes ne, Brenti, post hæc reliquum &
liquid in turgido illo tuo contumelioso & co-
uiciatorio sacculo, quod in nos nondum im-
neraueris? aut restat ne dirum immane, im-
pium, sacrilegum blasphemum & execran-
dum magis, quo de nos vel suspectos reddere
vel

Contumes-
liarum acu-
lei uenenz-
ni.

vel in nos liberius aut largius plenis quod dicitur vris effundere possis? Mirum sanè si post euacuationem adeo largam, pectus illud tuum inuidia graui alioqui contra nos, vt apparet palàm, saucium atque constrictum, non sit insigniter releuatum atque resolutum digni, te iniquissime nos de ijs accusare sacrilegijs. Ad dolendum est, si ita es excæcatus, vt hæc nondum videas, aut si vides, ita perfriueris frontem, aut inuidia sic contabescas vt de his erubescere nescias, & hæc de nobis innoxijs vniuersæ Christi ecclesiæ proponere audeas. Testantur libri nostri apud omnes, testantur sermones nostri apud ecclesiam, testantur denique vniuersi, qui nos rectè notant, nos ab istis sacrilegis blasphemijs non tantum abhorrere totos, sed omnibus etiam viribus nostris illa nos oppugnare. Mirum sanè est in tam prolixo libro, tibi seni, nescimel quidem illud venisse in mentem, Lingua quo vadis?

Valde indigne tulerunt multi viri pij & docti contumelia turgidum hoc & audax illud scriptum tuum, qui & seriò me monuerunt, te pestiuium iam esse, vt sim in te confutando acrior, qui hætenus fuerim lenis nimium, & nimia illa mea modestia occasionem dederim petulanter non nostris duntaxat capitibus, sed professione veritatis insultandi. Rem ergo ipsam nunc poscere, vt semel tibi larua de-

REPETITIO ET DILVCID.

trahatur. Vbi sanè zelum istorū, vt improbare non possum, ita non video interim, cur pergā agere actum. Cum tu scribendo huiusmodi librum, tibi ipsi larvam detraxeris, rectiusque te post hac norint viri boni, qui antea multò plus tibi tribuerunt. Sed & in arte conuiciatoria perlibenter cessero, tribuens hic tibi liberaliter, non primas modo, sed & secundas & tertias: quinimo iam nunc tibi sponte fero testimonium, te per quam egregium hac in arte artificem esse. Atque adeò non est animus tibi pro tua maledicentia, & pro tuo illo in nos merito rependere, vt sibi indignitate rei commotus, & per tuos aculeos infixos exasperatus, acrius in te inuectus, verbisque vsus sum salstioribus, domino Deo meo hoc confitear, à quo mihi & veniā concedi supplex peto. Neque enim leuiter meditando nobis existimo illud præclarum apostoli & prophetae dictum, Opprobria operantium sibi ceciderunt in me. Cumque male dictis incesceretur dominus, non remale dixit, cum malis afficeretur, non minabatur, sed tradidit vindictam ei qui iudicat iuste, & cæter.

Ad publica
testimonia.

Optimè autem nobis ipsis conscij coram Deo & hominibus, & sentimus & docemus quæ professi sumus hætenus & docemus adhuc. Tua illa testimonia publica congesta contra nos, non citra iniquitatem & morositatem

tatem, nihil nos mouent nec quicquam contra nos probant. Quid Marpurgi in celebri illo colloquio, actum sit, his verbis, & qui-
dem bona fide, exponit beatæ memoriæ D.
Ioann. Oecolampadius in epistola ad Philippum, Quandoquidem tum illi, inquit,
nondum pro fratribus nos habendos cense-
bant, tamen si nos illorum infirmitatem ali-
quantisper tollerare parati essemus, discessum
est amicis conditionibus, vt saltem in hoc mu-
tum gratificemur, quo ad cauenda ecclesiæ
scandala abstineamus ab amaris istis scriptis,
quibus hætenus velitarum est. Et reliqua.
Quid obsecro hac in re peccatum est à no-
stris? Suadebat Sanctus Iacobus tollerandos
esse fratres Iudæos & multum illis dandum.
Notum est enim eius consilium in Concilio
apostolico in Actis capite decimoquinto. Sed
num ideo male sibi de sua doctrina imò de
fide Christiana conscius fuit. An ideo fidem
Christianam recensuit inter adiaphora? Quid
obsecro peccarunt nostri, qui à vestris petie-
runt agnosci pro fratribus aut quid pecca-
mus etiam nos, qui vos nuncupamus fratres
nostros. Aut quid oro peccauit apostolus
cum de incredulis etiam adeoque rebellibus
loquens Iudæis, Oportet, inquit, ego ipse a-
mathema esse à Christo pro fratribus meis,
& cæt.? Multa huius generis producere pos-
sem, Verum tu prodis in hac actione Bren-

Marpur-
gen. collo-
quiū 1529.

REPETITIO ET DILVCID.

ti, ingenium tuum nimis sanè esse turbu-
lentum & irreconciliabile. Sed de colloquio
Martpurgenfi & pactis vel seruatis vel vio-
latis, nunc non est animus dicendi, cum ea de
re abunde dictum sit in Responsione nostra
ad Lutherum.

De Philip-
po Meläch-
tone, qui
Zuinglia-
nos agno-
uit pro cha-
rist. fratrib.

Et Philippus quidem vir pius & doctus,
tunc talem tecum scripsit epistolam ad illustris-
simum principem Lantgrauium, qualem
nunc libro tuo (tu videris quam prudenter)
infarcis. Cæterum huic possemus opponere,
non vnā aliquam, sed plurimas aduersas
propria viri manu scriptas epistolas. Quod
sanè hominis synceritati & saluberrimo pro-
fectui, non leuitati lubricitatiue aut incon-
stantiæ tribuendum est. Non inuidebis &
multo minus calumniaberis profectum in
viro tanto ac innoxio, propterea quod tibi
libeat semper esse ceruicoso, irrecòciliabili, &
vt vulgò dicitur, Ioāni in eodem. Vocauit ille
nos fratres & habuit nos pro fratribus, nec
scribere potuisset familiaris & fraterne ma-
gis, quam ipse ad nos scripsit, Quinimo
paulò antequam migraret ad dominum, pa-
lām scripto publico traduxit tuum illud vbi-
quitatis portentum. Notum est præterea or-
bi vniuerso, quid in epistolam ad Colossens.
scriptum reliquerit de Ascensione domini.
Confer illa cum tuis, & inuenies illa inter se
dissidere sic, quod dici solet, *et wagor*, Vt hic
omnes

EXPLICAT. CONSEN. 80

omnes colores misceas, & causam tuam fucare pergas, *ad istonā nūquā venis*. Parce ergo labori, & agnosce simpliciter sodalem illum tuum optimum Melanch. & ipsum aliquando tecū nobis fuisse insensum, adeo, vt existimauerit se bona conscientia nos pro fratribus agnosceri non posse, sed tandem tamen rebus omnibus rectius expensis, factum esse summum nostrum amicum & fratrem intimum: ac discere eius exemplo, quid tu quoque mi Brenti facias, si quod rectum est, facere velis.

Quid quod tu ipse rectius aliquando animatus, anno domini 1553. scriptis ad me literis amicissimis, fateris te mea vidisse ac legisse. Probas in ijs laudasque, tam me quam lucubrationes meas. At antea multo illis ipsis argumentum quod hodie repeto, & propter quod tu iam tanta cum indignatione in me inueheris. Testari de his potest vel vnicus ille Commentariorum liber meus, qui ordine in Matthæum duodecimus est, editus à me vndecim annis antequam tuas ego literas accepissem. Si autem tunc eram amicus tuus, mi Brenti, nec vulgaris, sed in Christo, vt scribebas, obseruandus amicus, cur hodie tibi sordeo & videor hostis? Aut cur tu non peccas amicos nos salutans Christianos, nos peccamus, qui nos in vestram amicitiam insinua-

Epistola
Brentij scri-
pta ad Bul-
lingerum.

REPETITIO ET DILVEID.

mus? Ideo fortè nunc hostis iudicor, qui
contra te scripsi. Verum tum si hic peccatum
est, tu ipse profecto in culpa es, qui om-
nino ita noluisse, priorque me, etiam non
prouocatus à me, scripto publico prouo-
casti in pugnam. An autem excuseris melior
remque sustineas causam, quod iussus in me
stilum strinxeris, alijs iudicandum permittito.
Nunc autem hoc tibi Brenti ingenuè dico
quod si ita, ut cœpisti, perrexeris, sanam imo
pugnare doctrinā, & tuas peculiare opinio-
nes fucare scripturis sanctis, male derorris, fa-
cillimè te impetraturum à me, ne porro te ag-
noscam pro fratre. Commendabo autem te
misericordi Deo, quem orabo ut rigidum
turbidumque illum tuum animum inflectat
in viam pacis tranquillitatis & puræ vere-
tatis.

Benigne
oblata con-
sordia.

Ac ne nunc quidem ab alijs, & ne ab his qui
dem qui nō omnino nobiscū in causa sacramen-
taria consentiunt, schisma facio: cum in reli-
quis potioribus salutisque dogmatibus no-
biscum consentiant, in causa sacramentaria
suspensi magis sint, quam pertinaces, simplici-
ciores quam maligni, & aduersarij potius litu-
diosi & moderati, quam hostes rixosi & irre-
conciliabiles. Dissenserunt inter se (ut multos
alios Dei amicos præteream) beati martyres
Christi Cornelius & Cyprianus non in re le-
uicula

EXPLI ACT. CONSEN. 81

uicula & modici momenti, sed in negotio baptis-
mi, verum ideo non ruperunt vinculum
inter se charitatis fraternæ, nec ideo inter a-
diaphora recēſuerunt sanctum baptisma, nec
ideo malè sibi consciij, ea re suspectam reddi-
derunt suam fidem, multoque minus The-
ram induerunt cothurnum. Cur ergo nos
tam seueriter flagellamur? Extant adhuc ca-
pita consensionis colloquij Martburgici, ha-
biti anno 1529. nec dubito quin in his mul-
ti viri boni nobiscum consentiant, sicuti &
nos in his consentimus cum ipsis. Ita enim
suadet pietas ferre mutuum, donec meliora
dederit dominus: pro quo & assidue omnes
præcari iubemur, & optimè sperare.

Proinde quod Brentius propter singula-
res suas opiniones furit, tumultuatur ad ar-
ma conclamat, & omnem bipenni amicitiam
dissecat atque dirumpit, faciat hoc suo ma-
lo, interim spero paucos eius immodestiam
& turbulentum imitaturus exemplum, plu-
res autem rationem diligentiorē modera-
tionis charitatisque habituros, plurisque fa-
cturos illum quem vident concordem à tem-
poribus apostolorum in ea doctrina, quem
nos profitemur, consensum, quam Brentij
nuper confictam vbiquitatem, scripturis per-
peram adaptatis male tinctam atq; fucatam.
Dominus Iesus benedicat sue ecclesie, & cōser-
uet eam in veritate synceritate & pace, Amen.

AD LECTOREM.

VAcabant pagellæ, in quas consignauius orthodoxarum Gallia & Angliæ ecclesiarum Confessione de carne Christi, proprietatem suam seruante, & non ubique præsentem: ut hinc omnes intelligant, nostro quoque sæculo, non ecclesias duntaxat Helueticas, aut solum Bullingerum contra Brentium hoc dogma urgere, sed celeberrimas alias quoque orbis ecclesias idem credere et defendere.

*Ex Confessione ecclesiarum Gallia
Regi Christianiss. oblata.*

CREDIMVS in eadem persona, nempe Christo, duas naturas uere & inseparabiliter coniungi & uniri, remanente nihilominus unaquaque natura in sua distincta proprietate: ita ut quemadmodum diuina natura proprietatem suam seruans in hac coniunctione, increata manet, infinita

ta & omnia replens, sic humana natura finita manet cum suis forma mensura & proprietatibus. Quinetiam quamuis Christus Iesus in resurrectione sua, immortalitate suū corpus donarit, non tamen illi ueritatem nature corporum ademūt. Sic ergo Christum in diuinitate consideramus, ut illum sua humanitate non spoliemus.

Ex Apologia Ecclesie Anglicane.

ET quamuis maiestas & diuinitas Christi ubique diffusa sit, tamen corpus eius, ut Augustinus ait, in uno loco esse oportere: Christum corpori suo maiestatem dedisse, naturam tamen corporis non ademisse. Neque ita asserendum Christum Deum, ut eum negemus esse hominem, utq; ait martyr Vigilius, Christum humana sua natura nos reliquisse, diuinitate autem non reliquisse, eumq; cum absit à nobis per formam serui, tamen semper esse nobiscum per formā Dei.

A P P E N D I X.

*Ex Catarchesi Angelicana Eccle-
siae publica, Regia autoritate edi-
ta. 1552.*

QUod ad corpoream Christi hic
in terris praesentiam attinet (si
magna parvis componere licet) sic Chri-
sti corpus praesens est nostrae fidei, ut
Sol cum cernitur, praesens est oculo,
cuius corpus tametsi corporaliter oc-
culum non contingat atque hic in terris
praesens praesenti adsit, tamen corpus
Solis praesens est uisui, etiam relucan-
te interualli distantia. Sic Christi cor-
pus, quod in gloriosa eius ascensione
nobis sublatum est, quodque reliquit
mundum & ad patrem abiit, ore no-
stro abest, etiam cum sacrosanctum
corporis & sanguinis eius sacramen-
tum ore nostro excipimus, fides tamen
nostra uersatur in caelis, ac intuetur
Solem illum iustitiae, ac praesens praes-
enti in caelis haud aliter illi adest, ac
uisus adest corpori Solis in caelis, aut
Sol in terris uisui. Quemadmodum
autem


autem Sol lumine suo adest rebus omnibus. Sic etiam Christus diuinitate sua. Non tamē potest lumen Solis ab eius corpore separari, neq; porro diuinitas Christi ab eius immortali corpore. Sic ergo Christi corpus asserendum est in uno cœli loco, & diuinitas eius ubique, ut nec de eius diuinitate corpus faciamus, nec de illius corpore Deum.

Hæc demum sunt uere uera testimonia publica, quibus & aliarum ecclesiarum in Regnis hodie amplissimis clarissimisque consentientes adiungi possent eadem de re Confessiones, si numero & copia certare liberet: sed sufficiunt hæc, quæ sanè longè præstantiora sunt ijs testimonijs publicis quæ sub finem Recognitionis suæ collocauit Bren-
tius.

ERRATA.

Folio 11. linea 26. pro naturarum lege naturarum.
 Fol. 15. facie 2. linea 24. pro impassibilia lege impassibilia. Fol. 37. linea 21. pro Actor. lege Actione.
 Fol. 48. linea 19. pro inuentis lege inuentis. Fol. 49. linea 4. pro in insit lege ac insit. Ibidem linea 18. pro quod secundum, lege quod scilicet. Fol. 53. facie 2. linea 23. post hæc verba, Quod si celsit, quid oro probauit suis illis clausis ianuis? inserte, quod excidit, Miraculum quoque video quod De potentia amoto lapide magno & obliuato corpus domini resurrexit & prodijt, non autem video quod verū hoc ipsum domini corpus prodeundo cum penetrauerit lapidem quem euangelium non frustra testatur reuolutum esse per angelū ab ostio monumenti. His deinceps subiunge quæ sequuntur, Ergo q̄ &c.
 Folio 71. facie 2. linea 24. pro exponat lege expuat.

F I N I S.



773078-R

A 862384

ocw 65305777